 homines & iumenta saluabis dñe; non
 stat sarcina peccatorum in corde ipsorum.
 nisi cum magna uolentia & uirtute diabo
 lus eam tenuerit in corde ipsorum. alligens
 eam delectationib;. Ipsa enim cognitio di
 excutit a se pondera peccatorum. nisi hoc
 modo quod diximus fuerit conligata.
 In gentib; autem sine labore diabolus tenet pecca
 ta. quia non est in illis cognitio di. quae ex
 cutiat pondera peccatorum. sed idolatrya

intra
 regna
 artur
 in proph
 diures
 in facti
 religionem
 aedifica
 unt in sup
 tur scrip
 appare
 nae ad sim
 is in quib;
 quos
 m. Unde
 scientiam
 u quonon
 ratam
 laty
 id relig
 Na sicut
 r iustitiam
 o manus
 uter go
 blum
 effio et
 i sursum

ipsa quasi gribus ranae in se uniuersa pecca-
ta. Aptae enim ad baiulanda pondera
peccatorum. Dum enim sunt sciunt gen-
tes ne uidere neque audire neque intellege-
re neque quae aguntur neque irasci
neque uindicare posse non solum non se
abstinent sed cotidie magis addunt pecca-
ta; sicut salomon ait; peccator ad caecum
ad peccandum; Deinde omnia anima-
lia quamuis interram libenter aspiciant
semper tamen quando uoluerint possunt
ad tollere collum suum ad caelum;
Camelus autem numquam potest collere
sursum collum suum gribus depressus;
Sicut omnes peccatores libenter quidem sem-
per terrena adtendunt; Tamen quan-
doque uoluerint possunt conuertere
ad caelestem iustitiam; Gentes autem
nullomodo possunt se explicare & ad di-
uina conuertere sed idolatria sua cur-
uati & excaecati Ideo sicut camelus neque
deorsum recto collo aspiceret potest sic
& cetera animalia neque sursum erecto
collo aspiceret potest sicut homo. Sed
inter sursum & deorsum caput eius
pendet in medio; Ita & gentiles neque
animalibus ad simulantur ad plenum.

neque hominibus; Animalibus similes
 non sunt. propter humanum & rationa-
 bilem intellectum suum; hominibus
 non sunt similes. quia numquam caelesti
 a sed terrena semper adtendunt;
 Deinde sicut omnia animalia aequalia ha-
 bent crura corporis sui; quantum enim
 habet altitudinem corpus unius cuiusque
 animalis. tantum pene altitudinem
 habent. & pedes eorum aut modice ampli-
 us; praeter omnibus animalibus multo am-
 plius camelus altiores habet pedes quam
 corpus; homo autem aequales habet
 pedes corporis sui; sic omnes viri iusti secun-
 dum quod sunt tales habent propositos
 & cogitationes; pedes animae sunt propo-
 situs cogitationes actus. quibus de se tran-
 seunt ad rem; Unde & propheta dicebat;
 Dñe non est exaltatum cor meum neque ex-
 latisunt oculi mei; Neque ambulavi in
 magnis neque in mirabilibus super me;
 Item apostolus; Parco autem ut ne quis
 me existimet super id quod uideat aut audit
 quid ex me; peccatores autem maiora pro-
 ponunt quam sunt. & propositos suos &
 cogitationes & actus maiores faciunt quam
 habent iustos. ut semper maiores uideantur

esse quam sint; Maxime autem gentes
qui super istam iactantiam quam habent om-
nes homines peccatores & mundiales. & iam
ad secreta caelestia extenderunt propositos
suos. & cogitationes & actus uolentes se
ostendere supra quam erat natura ipsorum
humana; Adhuc & aliaratione gentes ad
simulantur camelo. qm̄ camelus nec ad ple-
num inmundus est. mundus qui de meste
quia reuocat & ruminat; Inmundus autē
qui non habet duas unguulas fissas, sic & gen-
tes qm̄ uocates sunt nec ad mundum plenae
mundae quidem fuerunt. quia & tractabant
quae di erant. id est ruminabant & conuersa-
bantur rationabiliter pene secundum dñm;
Sed conuersationem quae pes est non habebat
diuisam in duo. infidē & opera; Sed in ope-
ra tantum. sicut & cameli pes ambulantis n̄
dissipat terram. sed cum sit mollis concor-
dat ei & complectitur eam; Sic & conuer-
satio gentium quam uis esset bona non erat
dissipans terram. id est carnalem naturam.
sed conueniens erat naturae carnalis. & se-
cundum uoluptatem ipsius erat; Ut autem
fiat manifestum quod dicimus. Accipiamus
exemplum quod dicitur apud iob. de intellectu
bili equo & bellatore hoc modo; In iracum

dia inquit sua dōmo litteram. Qui ergo est in-
 tellegibilis & bellator equus xpi ipse in se postens
 sessorem. Omne opus bonum & spirituale
 quod agit. in iracundia agit naturae suae iras-
 cens carnali in eo quod displiceat ei mali uolen-
 tia & aduersans ei in destructionem car-
 nis suae agit quod agit. & dissipat carnem suam.
 Nam qui spirituales uirtutes exsequitur. mosti-
 ficat propria membra. quanto magis & dis-
 sipat. id est de molit terram; gentiles autē
 & si bona opera faciebant. tamen quia non pp-
 ter dñm faciebant. sed aut propter aestimatio-
 nem humanam. aut propter futuram nominis
 memoriam. aut propter hoc solum quia bonū
 facere bonum est. Ipsa conuersatio eorum
 non dissipat naturam carnalem. quia hoc ip-
 sum bonum quod propter uanam gloriam a-
 liquid fit. & non propter dñm. secundum car-
 nem est. & secundum uoluptatem naturae car-
 nalis. & non est contrarium naturae carnalis.
 propter quod nec dissipat eam; Acus autem
 est uerbum dñi quod est ipse filius. cuius prima
 pars subtilis. atque acuta secundum causam
 diuinitatem ipsius; Nouissima autem se-
 cundum causam incarnationis eius. totus
 rectus & nullam habens deflectionem aut
 scrupulum. per cuius uulnus passionis gentes

iam ingressi sunt in uitam aeternam; Qui
uulnera consuere solus potest a quo consuta est
In mostro cluitatis tunicam quae aëolim conscissa erat
super adam; Ipsa est acus qui spiritum consuit
carnem ulterius separare se non potentem;
Hic acus iudaicum populum iunxit simul & gentem
De quo dicit apostolus; Ipse enim est pax nostra
qui fecit utraque unum; Hic est acus qui dis-
ruptam amicitiam angelorum & hominum co-
pulauit; Hic est acus qui configit & pertransit
& uulnus non facit & ut quod difficile populus
iudaicus intrat in regnum caelorum;
Primum quidem sicut diximus propter car-
nales usus quoniam lex corporalia habet & lucra &
presencia; Christus autem spiritalia & futura
promittit; Apud carnales autem homines
semper presencia praeponunt futuris & spi-
ritalibus corporalia & non solum sacrifici-
orum usus erat carnalis - sed & omnis pro-
missio legis corporalis erat & terrena;
Si enim christiani suadere non possumus diuitias
contemnere oportere. Dicunt enim nobis
si uoluisse deus homines carere diuitis diui-
tias non creasse in mundo. Quanta ma-
gis difficile erat populo iudaico diuites secun-
dum omnes diuitias legis persuadere - ut relin-
queret diuitias legis & totius iudaici cultus

quas ad dō suscepit ; Dicebat enim ; si dō suo
 luisset legem contemni & templum & illa
 omnia n̄ cum tanta ratione & diligentia
 tradidisset . Populum autē gentium . idest
 camelum fœcile est perforamen acus intrare
 idest pangustum ostium de quo scriptum est .
 Contendite intrare pangustum ostium . quare .
 quia omnis cultura gentium uana & irratio
 nabilis erat . A cultura autem irrationabi
 li . homines rationabiles . Non erat magni
 laboris ad cultum diuini conuertere .
 & si gentes cum tanto labore ab irrationabilib;
 deorū suorum diuelluntur culturis . quan
 to magis iudaei difficilius euelluntur . Ara
 tionabilius di culturis ; Ideo dicit ; fœcilius
 ē camelum p̄ foramen acus transire . quam
 diuitem intrare in regnum caelorum .
 Turbati sunt autem discipuli eius dicentes ;
 & quis potest saluus fieri . quibus respondit ;
 Apud homines hoc impossibile est . Apud d̄m
 autem omnia possible sunt ; Quero quid
 tum ad homines & incredibile . & impossi
 le fuit populum iudaeorum posse saluari .
 Qui post tot peccata actuum iniquorum post
 tantas idolatrias . post tot prophetarum oc
 cisiones . Nouissime & iam ipsum d̄m caeli
 & terræ quantum ad se occiderunt ;

Sed apud dñm possibile factum est ; Qm̄ autem
possibile fuit dō saluare iudaicum populum
multas in lege diuicias possidentem. creden-
tium iudaeorum multitudo testatur - siue p̄
ipsum xpm̄ - siue p̄ apostolos eius - ut bonita-
tis illius inuestigabile pelagus. humana
aestimatio non adprehendat. - sed uicta mi-
ratur ; Tamen quia dixit dñs - Apud ho-
mines hoc impossibile est - quantum ad natu-
ram humanam - Apud dñm possibile ;
Ecce subito excitatur p̄rus - unus ex populo
illo diuiti ; & difficile ex p̄sona credentiū
iudaeorum & clamat quasi testis poten-
tiaedi factus. & confirmans xpī promissi-
onem & dicit ; Ecce nos omnia relinqui-
mus & secuti sumus te - quid nobis est ?
Quo autē & ipse p̄rus & omnes apostoli & ceteri
credentium iudaeorū contra possibili-
tatem humanam per dī potentiam credi-
derunt in xpm̄ ipse testatur dicens ad
p̄rum ; Beatus es simon bariona
quia non caro & sanguis reuelauit tibi
sed pater meus qui in caelis est ; Sermo
iste conuenit ad omnes ut singulis quib;
quo dicatur ; Quo beatus es tu qui a non caro
& sanguinis reuelauit tibi sed pater meus
qui est in caelis ; cxcvj.

Ihs autem dixit eis: Amen dico uobis quod
 uos qui secuti estis me. In regeneratione cum
 sederit filius hominis in sede maiestatis sue
 sedebitis & uos super duodecim thronos iudi-
 cantes duodecim tribus israel; futurum
 autem erat ut in die iudicii responderent
 iudaei; Dñe non te cognouimus filium di-
 in corpore constitutum; Quis enim homi-
 num uidere poterat hominum thesaurum
 in terra absconditum. solem in nube celatum.
 qui suspicabatur stellam matutinam nasci su-
 per terram. Quis putabat mulierem que
 clausit paradysum. ut nemo eum intraret.
 ut ipsa fieret prima porta paradysi. ut lux per
 illam procederet. per quam tenebre intraue-
 runt. Ergo in iniuriam tuam non nos
 inpulit contumacia cordis. sed decepta
 consideratio carnis; Vos respondebitis
 eis; & nos fuimus sicut uos similem ha-
 bentes animam. eandemque carnis natu-
 ram. in uno uiximus mundo; Hisdem
 factionibus mundialium spirituum peri-
 clitantes. ipsis protectionibus di adiuuati;
In hoc autem uos meliores fuistis nobis. qm̄
 nos fuimus homines piscatores. & rustici.
 & obscuri in plebe. Uos autem sacer-
 dotes. & scribae. & principes populi;

; Qm̄ autem
 cum populis
 dentem. cred
 statur. siue
 us. ut bona
 us. humana
 seducta m
 Apud ho
 ntum ad ma
 possibile
 nus expulsi
 na credenti
 i testis pot
 pi. promi
 nna redim
 nobis est
 apostoli
 a possibi
 riam crea
 r dicens ad
 bariona
 elauit tibi
 st. Sepre
 singulis qu
 qui a nona
 pat meul
 J.

Nos illum cognoscere potuimus homines pis-
catores & rustici & uos eum cognoscere
non potuistis sacerdotes & scribae qui habe-
batis scripturas p̄ oculis uris quasi lam-
pas semitae; Nos ante quam mirabilia
eius uideremus intelleximus eum. Uos autē
uel post testimonia tantarum uisurarum in-
tellegere non poteratis; Quomodo potu-
it fieri ut paene tota gens ignoraret que
duodecim cognouerunt. Estote quia
non ei credidistis nescientes eum filium dī;
Qua causa interfecistis eum nullam culpam
inuenientes in eam sed in nobis bona uo-
luntas facta est quasi lucerna ruscitatis
nr̄e. In uobis autem malicia facta est
quasi caligo scientiae nr̄ae. Adhuc autē
a deo & subtiliorem Introdúcere sensum
magis alterius cuiusdam uiri referre;

Exponit enim qm̄ sicut iudaeorum populus
Induodecim tribus fuit diuisus sic & uniuersus
xp̄ianus diuisus est Induodecim tribus
secundum quasdam proprietates animarū
& diuersitates cordium quas solus dī cognos-
cere & discernere potest. ut quaedam animae
sunt de tribu iuben quaedam autem de
tribu symeon uelleui uel iuda; Pu-
to enim sicut om̄s sc̄i quinque uirgines

21
prudenter esse dicuntur. Quamuis sint
innumerabiles propter quinque sensus
spirituales. & omnes peccatores quinque
uirgines foetiae. Quamuis sint in nu-
merabiles propter quinque sensus carnales.
& sicut omnes ecclesiae xpi septem dicuntur
ecclesiae quamuis sint multae propter septem
spiritus. Omnes enim sancti in quibus
praecederis uirtutibus; habundantior
sapientiae uirtus una habetur ecclesia.
Item in quibus; praecederis uirtutibus; habundan-
tior intellectus. Aliter dicuntur eccle-
siae. & sic per singulos tractans inueniet eccle-
sias septem. Similiter & propter gratias
duodecim quae in personis duodecim uirginum
exponit angelus in pastorem. Sicut autem
placeat illa scriptura omnium christianorum
inueniuntur duodecim esse tribus. ut pa-
teat omnes animae. In quibus praeceteris uirtu-
tibus praecellat. Uirtus ueritatis una est
uirtus. Nec enim omnes gratiae in omnibus;
aequaliter sunt. Sed unus quidem ampli-
us praecellat in ista. alter autem in illa.
Omnes autem christiani in quibus habitat christus
sedes sunt christi; Quod ergo ait. In rege-
neratione cum sederit filius hominis in
sedem maiestatis suae. & uos sedebitis super

duodecim thronos. Promittit eis tempus xp̄i
animitatis futurum post suam ascensionem. Quando
omnes suscipient uerbum apostolorum in se. si
cut uerbum xp̄i. Illud est enim tempus rege
nerationis. quando homines regenerati p̄ bap
tismum facti sunt ex filijs hominum filij dei. Illud
est tempus quando xp̄s sedit in sede maiestatis sue.
sicut testatur propheta de gentium fide facta. *Re
gnauit dñs sup omnes gentes. & dñs sedit sup
don sc̄am suam.* Quicumque enim xp̄m in se
credendo suscipiunt. sedent in maiestatis eius.
& uide quia non de tempore futuri iudicii dicit.
Sed de uocatione gentium uniuersarum. Nec eni
dixit. Cum uenerit filius hominis sedens su
per sedem maiestatis sue. Sed ita cum sedet
in se ^{de} maiestatis sue. In sede autem maiestatis
sue. ex eo cepit sedere. Ex quo gentes cre
dere coeperunt in eum. Ex quo ergo xp̄s
sedit super sedem sc̄am maiestatis sue. Ex eo &
ap̄t̄i sederunt sup *xii. d̄c̄m* thronos. Id est in
omnibus xp̄ianis. secundum diuersitates ani
marum quas supra tetigimus. Omnis enim
xp̄ianus qui suscipit uerbum p̄ & ri. thronus
fit p̄ & ri. & p̄ & ri sedit in eo. Sic & om
nium apostolorum doctrinam susceperunt &
tenent in se hanc interpretationem. de diuersis
tribus ^{bu} populi xp̄iani. & de sessuris apostolis

in sedibus commendat propheta dicens; Hieru-
salem quae edificatur ut ciuitas - cuius participati-
o eius in idipsum; Illic enim ascenderunt tribus
tribus dñi testimonium in israhel - quia illic
sederunt sedes in iudicio; Siergo hierusalem
quae edificatur ut ciuitas - ecclesia est sine dubi-
o & qui illic ascenderunt tribus xpianorum sup
sedes & tribus qui sederunt illic apostoli sunt;
Apostoli enim sunt sedes dñi; Nec modica gloria
est apostolorum ut sermones eorum sedeant in
hominibus fidelibus - sicut xp̄i sermones - & in
sermonibus eorum uita omnium consistat - si-
cut in sermonibus xp̄i; Siergo sedentes apos-
toli in thronis xp̄ianis in xii. distincti - secundū
differentias animarum - iudicant duodecim
tribus israhel - Id est omnes iudeos - quando enī
puerbum apostolorum iudicant iudeos ipsi aposto-
li iudicare eos uidentur; Sed uidendum est
si omnes xp̄iani & apostolorū sunt sedes & xp̄i.
Quare omnes xp̄iani in persona quidem xp̄i qua-
si unus sedes dicitur; Nec enim dixit - cum
sederit filius hominis sup sedes suas - sed sup sede-
suam; In apostolorum autem p̄sonam duo-
decim throni esse dicuntur - Omnis populus
xp̄ianus; uide si habet rationem ista solutio, qm̄
omnes apostoli - omnia quidem bona habuerunt
non autem omnia ad p̄fectum - sed unusquisq;

er tempus
onem Quas
olorum in se
n tempus reg
enerat p̄cipu
fluidi; Illud
le maiestatis
um fidei factu
di sede sup
rum xp̄m in se
maiestatis
iudicū dicit
arum; Nō
nini sedes
d itacum sedes
em maiestad
quo gentes
o ergo xp̄i
suae; Ex
nos; Id est
diuersitates
Omnis em
p̄ri - tron
Sic & con
ceperunt
n; de duer
ris apostoli

eorum in aliquo bono priuato — Magis perfectior
fuit quam alter — ut patet per Petrum in fide facti
or quam ceteri; Johannis in innocentia simplici
or quam ceteri, & sicut solus potest discernere
reus Christi quia animarum differentias nouit;
Ideo Petrus requiescit in fide; Johannis sequi
escit in innocentia, & unus cuiusque aposto
li illa uisus est thronus — In qua perfectior ceteris
fuit; Christi autem omnis uisus est — quasi una est
seder — quia omni uirtute aequaliter ille solus per
fectus est; Nam quomodo de retributione in hoc
mundo apostolis clauda loquitur Christus — Illud
est testimonium quod sequitur hoc modo dicens;
& omnis qui reliquerit hoc & hoc centuplum accipit
& uitam aeternam possidebit; Id est
non solum uos sed & omnes qui secuti fuerint me
sicut uos; Si ergo omnes in hoc saeculo cen
tuplum recipiunt — sine dubio & apostolorum
& iam in hoc saeculo merces futura promit
tebatur; (CXC. viii).

Et omnis qui reliquerit domum uel fratres
uel cetera; Quo Petro interrogante ex per
sona apostolorum ceterorumque fidelium iu
daeorum quasi priore omnium — Christus ita pro
misit; Non solum Petro — sed & apostolis omnibus
ne forte postmodum legentes homines haec Christi
promissa; Aestament apostolis tantum —

29
aut solis iudaeis esse promissa. Ut aliter addidit
dicens; & omnis qui reliquerit - id est siue iudae-
us - siue gentilis - & in alius quidem euangelistis
secundum alium exposuimus intellectum;
Hic autem secundum quod ad aliscentem illum
proposuimus in misterio iudaici populi esse;
& ipsum peritum interrogantem in misterio
credentium iudaeorum interpretati loci hu-
ius conuenit talis - ut de gentilibus relinquen-
tibus omnia quae gentilium sunt - & ad fide-
m xpi confugientibus omnia ista tradamus;
id est - & omnis non solum iudaeus sed & iam
in gentilis; Qui reliquerit patrem suum dia-
bolum - & matrem suam ignorantiam - per
quam ad siduae diabolus ex semine inter se cit,
interdicti erroris - generat filios - aut fratres
aut sorores; Uidelicet eiusdem erroris socios -
sociasque - aut si crediderit ille qui fuit sacer-
dos - relinquens idolatriam - ipsam coniugem
suam - Per quam cotidie filios generabat
& filias - & ipsos pariter cum matrem suam
relinquens; Aut si alicuius professionis magis-
ter relinquens ipsam professionem - quasi agrum
fructiferum credat in xpm - Aut dignitatem
secularem - quasi domum optime se ad umbran-
tem dispiciat - Propter fidem - sed secundum
traditionem simplicem conuenit intellectus

Ut cum quis intellexerit - quo cumque modo filiū
diēse xp̄m - non propter affectus parentum
suorum - aut fratrum - aut filiorum - aut fa-
cultatum - relinquat xp̄m manens in perfidia
sua priori . Sed propter fidem xp̄i despici-
at omnia illa & sequatur uestigia xp̄i ;
Sed ^{hoc} uideamus qui reliquerit omnia centuplum
in hoc seculo recipere quomodo potest .
Haec autem difficultas contingit - quia in hoc
seculo recepturos - Dicit alter euangelista ;
Alioquin in illo seculo difficile non est ; Ergo se-
cundum sanam doctrinam - ita nos conuenit
intelligere quod dicit - centuplum recipiat -
non ut ipsam rem quam dimittit centuplū
recipiat ; Nec enim possibile est - ut qui pa-
trem aut matrem relinquat - centuplum
patres aut matres recipiat . Sed ita tantū
gloriam - tantam gratiam - tantam beati-
tudinem consequatur - ut centuplum ualeat
illi quam res fuit quam dimisit ; Ecce qui
relinquit patrem - & elegit sibi patrem dñm .
Nonne plus centuplū ei constabit - quam pater
carnalis . ut illi obsequatur diebus ac noctibus ;
illius faciat uoluntatem - illius hereditatē
expectet . Qui postquam substantiam tradi-
dit suis . Numquam moritur - nec relinquid
orfanos filios suos ; Sed & filii quasi perfecti

uiri possident diuitias eius & pater semper
 illos sicutatur sic protegat quasi semper infantes;
 qui matrem reliquit ut diligat matrem ec-
 clesiam. Nonne plus est ei centuplum quam
 mater carnalis. Illa enim carnem eius pepe-
 rit corporalem. Haec autem anima eius
 regenerauit ad aeternam; quae clis caro uel
 & mater carnalis, cum enim mortua fuerit
 caro perit generatio carnis & soluitur ge-
 neratio affectus, ex illo enim nec ille illi
 filius nec illa illi mater, quia anima
 nec generat nec generatur & nullum cognos-
 cit patrem. Nisi enim de uoluntate
 creata est, nullam cognoscit matrem nisi
 ecclesiam quae illam generauit infide quae
 dedit ei mandata diuina ex duobus testamētis
 quae sicut saluatore dulcissimi lactis ex du-
 cebus mamillis quae illi de aqua & spiritu
 tunicam in mortalem quae ad perfectum scitatis
 adduxit, ut digni fierent patris sui substantiam
 possidere, qui reliquit fratrem ut habe-
 at christum fratrem. Nonne melius est ei quam
 centum fratres, qui fratribus suis non inui-
 dat, qui super hereditatem non cessat, qui pro
 lucrum non rumpit fraternitatis affectum.
 qui non solum omnia sua sed etiam seipsum da-
 re paratus est, qui cum omnia dederit nihil ei

minuit²

Nam humana substantia semp pauper est.
& quantumuis homo habuerit nihil seputat
habere. illa aut substantia sola est quae
omniū desiderium sariat & adhuc semp
habundat. Qui reliquit sorores statim
eum suscipiunt gratia dī quasicarissimae
sorores. Non enim ulla soror sic dulciter
conplectitur fructum suum quomodo
gratia dī conplectuntur animam scām.
Nam quotiens gratia dī in sensib; nr̄is
herent & delectent nos. quotiens animas
nr̄as conplectent & osculari uidentur.
si filios dimiserit prouidat illi dī filios sp̄itales.
quos doceat. quos erudiat. quib; dicat
apostolica uoce. Nam in xp̄o ih̄u p̄ euange-
lium ego uos genui. qui patris in ostium
non expectat. nam filii carnales
si modicum pat̄ eorum fuerit senes. Tecliant
de uita ipsius. desiderant eum mori. & si
cito mortuus non fuerit contemnunt eum
quasi de legerum. filii aut sp̄itales quanto
p̄fectiores fuerint in fide. tanto amplius
diligunt suum doctorem. Si dimittat
substantia. ab omnib; diligitur. ab omnib;
honoratur. a quib;dam aut & timetur.
Nam ipse dī cui se tradit. dat ei gratiam
coram omnibus. nonne melius est ei

ij. filius pat̄

31
hoc quamuniuersa terra. Aut quae substan-
tia tantae gloriae praestet homini super
terram. quanta opinio scitatis. adhuc
pro terrena substantia datur illi substan-
tia spiritalis. quam iunior filius & lasciuus
accepit a patre suo & consumpsit uiuendo
luxuriose. Id est sapientiam. scientiam
caeterasque uirtutes innumerabiles. quas
consecuntur qui relictas facultates mundi
alibi; sed o tradiderunt; CXCIII.

Multa enim erunt prima nouissima. & no-
uissima prima; Prima enim synagoga
uocata fuerat ad salutem. sed illa infidelita-
tis uitio erogante in domo patris sui id est
legis. & gentibus ecclesia surgens de infirmi-
tate peccatorum suorum cucurrit ad xpm.
vincens fidelanguorem. & sic gratiam trans-
missam synagoga priuauit. Sinagoga
autem uidens ecclesiam non solum ab infirmi-
tate sua sanata. sed & iam accepto spu sco.
filii dei facta. accessit & ipsa ad xpm
magis zelo urgente quam fide. sicut
dicit apostolus. sed illorum delicto salus
gentibus. ut illos emulentur. sic quae primo
loco uocata est. secunda credidit. ecclesia
quae in secundo loco uocabatur. primitias
salutis optinuit apud dm; CC

Simile est regnum caelorum homini patri
 familias qui exiit primo mane conducere
 operarios in vineam suam; homo pater
 familias. xpr̄: cui caeli & terra quasi
 una est domus; familia autem caelestium & ter-
 restrium creatura qui quasi tyrtigam
 domum aedificat. Id est inferos. terram caeli.
 ut superam habitarent certantes. In in-
 ferno autem uicti. in caelo uictores. ut nos in me-
 dio constituti non contendamus ad eos dis-
 cendere qui sunt in inferno. sed ad eos
 ascendere qui sunt in caelo. & ne forte
 nescias quid debeas fugere. aut quid debeas
 sequi. utriusque dedit tibi. quasi modicum
 iustum. Inter lumen & tenebras habitans.
 noctem de inferno. lucem de caelo. Nox tibi
 referat de tenebris inferorum. & lux tibi refe-
 rat de splendore caelesti. Conducere ope-
 rarios in vineam suam. que est uinea dei;
 hic non homines sicut alibi. homines enim
 uineae cultores ponuntur. Uinea enim iusti-
 tia est. in qua diuersae species iustitiarum
 positae sunt quasi uites. putae quasi manibus
 do. castitas. patientia. ceteraque innumera-
 bilia quae omnia generaliter iustitia appellantur.
 Ad tendamus ergo cum quali studio caelestem
 uineam colamus. Ad am enim positus est.

in paradiso colere & operari eum. sed quia
neglexit eum proiectus est de eo; & nos positi
sumus super colenda iustitia. sine negleximus
proiecerimus de ea; Sicut & iudei pietatis.
de quibus scriptum est; Adpone iniquita-
tem super iniquitatem ipsorum. & non interve-
nit iustitia; Ruina precedentium ad-
monitio debet esse sequentium; si autem nos
sequentes ceciderimus in ipsam. magis uenia-
merentur illi qui primi ceciderunt quam nos
qui secundi; Sicut autem mercennarius positus
in uinea sine neglexit eam. non solum
mercedem perdidit sed etiam de se ipso
uineae exigitur damnum;
Sicut nos sine negleximus iustitiam
nobis commissam non solum nullam
mercedem habemus. sed etiam dissipat
iustitiae dabimus rationem; Uinea enim
non extranos. sed in nobis ipsis plantata est.
Ideo qui peccatum facit dissipat in se iustitiam
dei. quia uero bona opera facit colit etiam in se.
Bene autem culta iustitia in sensibus tuis generat
benedictionem id est christum. Nam qui operatur
iustitiam christum format in se. sicut scriptum est.
filii mei quos iterum pasturio. donec formet
christus in uobis; & qui uineam signat alicui
operandam. non tantum propter illius utilitatem

consignat eam quantum propter suam, Dicit autem
iustitiam suam dans in sensibus nostris. Non
propter suam utilitatem dedit eam sed propter
nostram. Nec enim dicitur opera hominum ne-
cessaria habere sed ut nos operantes eam uiua-
mus propter eam. Sicut ergo ille qui propter
suam utilitatem vineam commisit alicui,
Talem illam querit recipere qualem illam com-
misit. Quomodo non a uobis sic immaculata
iustitia requirenda est quomodo eam crea-
uit in uobis. Quibus non propter se dedit eam
sed propter nostram salutem. Scitote ce-
nari sumus conducti, Sicut ergo mercen-
nari sumus cognoscere debemus quae sunt opera
nostra. Mercennarius enim sine opere non
potest esse. Opera autem nostra sunt opera
iustitiae. Non ut agros nostros colamus & ui-
neas non ut diuitias adquiramus & con-
gregemus honores, & quamuis haec sine
peccato facere possimus. Tamen non sunt
opera nostra sed desideria nostra. Sicut ergo ne-
mo ideo conducit mercennarium ut hoc solum
faciat quod manducat, sic & nos non ideo
uocati sumus a christo ut haec solum operemur
quae ad nostrum pertinent usum sed ad gloriam dei,
& sicut mercennarius qui hoc solum facit quod man-

ducat sine causa ambulat in domo, Sic &
 nos si haec sola facimus quae ad nr̄am p̄tinent
 utilitatem sine causa uiuimus su p̄ terram;
 & sicut mercenarius prius aspicit opus suum
 deinde ~~ordinaria~~ sua, Sic & nos primū
 debemus aspicerē quae ad gloriam dī p̄tinent
 deinde quae ad nr̄am utilitatem, sicut & mer-
 cenarius totum diem circa opus dñi inpendit,
 Unam autem horam circa suum cribum,
 Sic & nos omne tempus uitae nr̄ae debemus in-
 pendere circa gloriam dī, Modicam autē
 partem circa usus nr̄os terrenos, & si mer-
 cenarius quae die opus non fecerit erubescit
 intrare in domū & p̄tere sibi panem; Quomo-
 do tu non confunderis intrare in ecclesiam
 & stare ante conspectum dī; quando nihil
 boni in conspectu dī gessisti; Exit moene
 & uocauit ad am & qui cum eo fuerunt,
 Hora sexta noe & qui cum eo fuerunt, Hora
 sexta abraham & qui cum eo fuerunt,
 Hora nona moysen & qui cum eo fuerunt;
 aut dauid, Nam & ad istos posui testam̄ta,
 Hora undecima gentes intellegite quia iam
 nos nouissima in mundi margina stamus,
 Sicut & iohannes in epistola sua testat̄ dicens,
 filioli iam nouissima hora est, Apostolus autē
 dicit, Jam aliquā partem duodecime horae

transisse sic. Nunc enim prior est
nra salus quamcum credidimus. putat
erat duodecima hora nro tempore. iam non
erat duodecima hora. Sine dubio modicum
restet. Unde putat quia candor iustitiae
iam recessit de mundo. & sol radios
gratiarum suarum in se colligens reuocauit.
& totam terram nigredo iniquitatum uel
mendaciorum. quasi nox fusa cooperuit.
Nisi quia iam & ipsa duodecima hora finitur
ubiq; tenebras uides & dubites diem tran
sisse. prius & enim in uallibus fit obscuritas
die declinante ad occasum. quando ergo
ualles uideris obscurari. quis dubitat quia
nox est. Sic primum in saecularibus & laicis
xpianis incipit preualere obscuritas peccatorum.
Nunc autem quando iam uides quod sacerdotes
positi in summo uesticis spirituum dignitatu
qui montes & colles dicuntur. ipsi adphen
dit iniquitas tenebrosa. quomodo dubites
quia finis est mundi. Item exiit circa tna
& uidit alios stantes in foro otiosos. uidea
mus qui sunt otiosi. non peccatores. illi enim
mostui dicuntur non otiosi. Sicut enim surdus
apud dm dicitur qui non audit quia edi sunt
sed quia edi diaboli. sicut cecus dicitur qui non
corporaliter cecus est. sed pro cuius oculos diabolus

interna

3

uidit nondū, sic quidiabolouit mortuus
 est apud dñm, Quies est ergo otiosus. quiopus
 dñi non operatur. putte alienas res tollis.
 non es otiosus sed mortuus, Si aut aliena
 quidem non tollis. tamen nec deus, rebus
 in potentibus, das. tunc otiosus es, Nam quia
 aliena non tollis non quidem peccas tamen
 nec iustitiam nec misericordiam operaris,
 Vis non esse otiosus. nec aliena tollas. & deus
 det. & operatus es in uine ad dñm. misericordie
 uitae inebriaris. Indelicus es. non es otiosus.
 Sed sicut ait apostolus. uiuens mortuus es,
 si aut mensuratae manducas & bibis. non quidem
 peccas quia non male manducas. Tamen
 otiosus es. quia nullam ieiunii operaris iustu
 tem, Vis ergo non esse otiosus. ieiuna.
 & quod manducaturus diurnum. da in poten
 tia. & coluisti ieiunii uitam, Item fornicans.
 mortuus es. non otiosus, Si aut tuam habes
 uxorem. non quidem peccas nec tamen casti
 tatis operaris uirtutem, Vis esse non otiosus.
 sine uxore es. nequesiens uxorem, si uidua
 es. nolui transire ad secundas & testas nuptias.
 & operatus es castitatis uitam. sed forte dicis.
 sine uxore esse non possum, Ostendo tibi
 ut & uxorem habeas. & castitatis uitam colas.
 Abstine ab instruata. abstine a pregnantate.

opirest
 nus puz
 pere uam
 dubio mo
 dor uita
 ol radios
 ens reuoc
 quita cu
 ca cooper
 a hora fin
 tes dlem
 t obscur
 uando erg
 lubitat qu
 ularib; d
 uytas pta
 sa ceria m
 eliu de p
 pfor ad p
 modo dabo
 uit circa
 for, uia
 pres. ill
 uat en
 aedi sum
 ur qu
 los dabo

It rubesce facere quod animalia non faciunt.
Omne animal conceptionis suae seruat
honorem & tempus; homo autem solus
contemnit; quando dies festus est aut dies
ieiunii. serua ut in pleas apostolicum p̄ceptū.
Nolite fraudare inuicem nisi forte ex con
sensu ut uacatis ieiunio & orationi. Item
si inuides meliori mortuus es; Si autem nec in
uides nec congaudes otiosus es non solū
ergo non inuides sed & iam congaudeas
meliori. & boni uolentiae uitam colis;
In foro forus est iste mundus ubi omnia
uenalia sunt; Sicut enim propriū ē fori
ut omnia illic uenendantur & emanantur.
& inuicem se circumueniant uendentes
et ementes; sic in hoc mundo omnes uenden
do & emendo uiuunt & inuicem sibi fraudē
facientes uitam suam sustentant; Inter
emptores autem & uenditores accipemini
omnes diuitias & honores saeculi huius.
quae & ipse nihilominus & uenduntur
& emuntur ut & grauius uenendantur.
& omnis quae stus eorum in meratione
consistit; fuge ergo forum ut nec patia
ris fraudem nec facias; Si autem passus fueris
ipsa res te compellit & facere; Nam si in
iuriam passus fueris. si nocuus fueris difficile

35
3
ut & tu non ad uicem noceas. prima ergo
laus est xpiani alienum esse a foro nulla
causam habere cum illo. sicut ait apostolus,
Rogo autem uos studium habere quid sit. & nego
tium proprii. & operandi manibus uestris.
& nullius desiderium sit uobis ad eos qui foris
sunt. Si enim in foro permanseris. & quod
habes perdes. Si autem in uinea ad siduus
fueris. & quod non habes adquires. Item
exiens circa sextam & nonam. generati
onem uocauit iudeorum. & frequentauit
cum hominibus disponere testamenta
quasi defuncta salutis omnium tempore
iam propinquante. Nam post noe ad ne
minem legimus dominum locutum fuisse nisi
primum ad abraham. post eum conuersum
ad isaac. ad iacob. De inde non post
multum temporis ad moysen cui & legem
dedit. post eum ad iesu nauem. Transacto
autem non multo tempore. ad samuhel.
ad dauid. & in singulis quibusque gene
rationibus ad multos prophetas. cum singu
lis testamenta disponens. Sicut enim
quis in itinere constitutus. aut in opere
quodam. ante sextam quidem non operatur.
urgenter aut ambulat sciens quia longus
ei adhuc superest dies. Transacta autem sexta

cum coeperit esse octava aut nona incipit
properantius agere ut opus suum uel iter
tempore definito concludat; Sic & dñs
usq; ad abraham qui fuit in sexta hora
uenit ad homines disponere testamentū;
post abraham autem ad transmigrationē
frequenter properans ut aduentū suū
in hunc mundum & uocationem gentium
definito tempore consummaret
† quasi uespere iam propinquante;
Item exiit circa horam undecimam & dixit
quid hic statis otiosi ~ ut de quibus
otiosos uocat non peccatores; Denique
considera seruus ille qui accepit a dño
suo unam minam ut quid audiuit serue
nequam ~ ut quid misus est in tenebris
quia perdidit minam suam aut quia nihil
est lucratus de ea; Qui autem peccat perdit
gratiam quam accepit si ergo ille non est
in punis in die iudicii qui otiosus stetit
in foro & nullam iustitiam operatus est
quid fecit & ille in die iudicii qui peccauit
& minam suam perdidit; ~ Quid hic statis
otiosi ~ An nescitis quia qui non operatur
in hoc seculo non manducet in illo & qui
aliis manducantibus & bibentibus in hoc seculo
operatur in illo seculo aliis ieiunantibus

ipse recumbit cum abraham & manducat
 de prandio uitae. Quia uero hic alius operantibus
 fiat otiosus. alius recumbentibus; in illo scilicet ipse
 expellitur foras; Dies enim iste dies est
 orationis. Dies autem ille qui sequitur dies
 festarum; Et illi dixerunt: nemo nos
 conduxit; quae est conductio nostra & conduc
 tionis merces. promissio uitae aeternae
 id est nemo nos conduxit. quia haec est uita aeterna.
 ut cognoscant te solum & uerum deum & quem
 misisti ihesum christum; Nemo nos conduxit dicens;
 Quicumque reliquerit domum. aut uillam
 patrem. aut matrem. uxorem. aut filios.
 centuplum accipiat in hoc mundo. in futuro
 uitam aeternam possidebit; Nemo nos
 conduxit dicens; Vendite quae habetis & date
 elemosinas. & habebitis thesaurum in caelis;
 & nocte quo illi qui aut prima hora uocati sunt.
 aut in sexta. aut in nona. non re
 sponderunt quia nemo nos conduxit;
 Omnes enim illi conducti fuerunt. & habuerunt
 notitiam dei. & scierunt dei promissa;
 gentes autem solae. neque deum sciebant. neque dei
 promissa; Ideo excusabiliter responderunt.
 nemo nos conduxit; & dixit eis; Propter uos
 in uineam meam. & quod iustum fuerit
 accipietis; Noctem quia promissis solis conuenit

aut nona
 pus suum
 it; Sicut
 in sexta
 ero
 ansmigra
 taduentu
 onem
 imax
 quante
 deciman
 equia
 er; De
 accepit
 auduit
 it inter
 aut qua
 peccat
 rgo ille
 otiosus
 opera
 u qui pecc
 Quid h
 non op
 llo; &
 b; in hoc
 unant

specialiter denarium dare. Iustos autem omnes
sub incerto pacto. id est quod iustum fuerit.
sciens enim dominus quia praevarius caturus fuerat
adam. & omnes postmodum in diluuium
fuerant perituri. Cestum pactum fecit ad
eum ne quando dicat. ideo se neglexisse iusti-
tiam. quia non sciebat quae premia fuerat
recepturus. Iustus autem non fecit pactum. benignus
enim patitur fecerit. sciebat locum suam
suam. quia tantum paratus est retribuere.
quantum mercennarius recipere non sperabat.
De dato enim eius nemo murmurat qui
amplius dat quam omnis homo desiderat.
Cum sero autem factum fuisset. dicit dominus in
procuratori suo. Voca operarios & redde illis
mercedem. Incipiens a novissimis usque
ad primos. Considera quia sero. non alio
mane reddit mercedem. Ergo adhuc
stante saeculo isto iudicium est futurum.
& unicuique merces sua reddenda; proinde duas
rationes in hoc saeculo iudicium fit; primum
quia illa ipsa beatitudo ventura ipsa est merces
iustitiae. Ideo non in illo saeculo fit iudicium
sed ante illum. Inde ante adventum diei
illius promittatur iudicium. ut ne videant
peccatores beatitudinem diei illius dicente
propheta. Tollatur impius ne videat gloriam;

Dicit procuratori suo, cui procuratori sine
 dubio filius dicit spiritui sancto, & si volueris conce-
 do tibi ut pater filio dicat, non quero utrum filius
 patris sit procurator, aut spiritus sancti filius.
 sed hoc dico, quia procurator domus patris fami-
 lias, nec eius substantiae possunt esse nec
 una persona, nec aequalis dignitas, Si ergo
 aliter pater familias, aliter procurator patris familias.
 quomodo locum habeat trinitas tua; Si autem
 eiusdem substantiae est, & est minor, inu-
 riam facit substantiae, si non est aequalis
 dignitas, ubi est una substantia; Incipiens
 a novissimis usque ad primos, quare non
 a primis usque ad novissimos, sed primum
 ad novissimos, Adtende naturalis est ratio.
 Omnes qui ante aduentum christi fuerunt quasi
 ex operibus suis facti sunt sancti, gentes autem ex
 gratia dei semper libentius aliquid damus, his
 quibus donamus, pro solo honore nostro donamus;
 Ergo omnibus sanctis deus reddens mercedem iustus
 ostenditur, gentibus autem datus misericordiam
 dicente apostolo, gentes autem super misericordiam
 honoris redimunt, aut certe propter demonstnan-
 dam inmensam misericordiam suam,
 Sicut est ibi ubi ait apostolus, & nos qui vivimus
 qui remansimus non praeveniemus eos
 quid dormierunt, Magis enim secundum rem

erant. ut uiuentes immutarentur. postea
 mortui resurgerent incorrupti. Sed quia
 in conuertendis uiuentibus una est uirtus. hoc
 solum quod in immortalitatem immutantur.
 quod autem mortui incorrupti resurgunt.
 duo sunt opera. primum quia resurgunt.
 secundo quia incorrupti resurgunt. Ergo
 ut ostendat deus inestimabilem potentiam suam
 manente quod difficilius est. mortuos
 suscitare incorruptos. postea uiuentes im-
 mutat. sic in hoc loco secundum rem
 quidem erat. ut primi priores accipiant
 suam mercedem. sed ut ostendat deus inesti-
 mabilem misericordiam suam. primum nouis-
 simis & indignioribus reddere mercedem. postea
 primis. sicut illic potentia inuitandorum homi-
 num exclusit ordinem. ita hic nimia mise-
 ricordia ordinem non aspexit.

Cum uenissent autem qui circa undecimam horam ^{uenerunt}
 acciperent singulos denarios. Venientes autem
 primi arbitrati sunt ut plus essent accepturi.
 Acceperunt & ipsi singulos denarios. non
 iniuste. nam & qui in prima parte secl*u* natus.
 non amplius uiuit quam statura temporis
 uitae suae. & quid illi nocuit si post illius exitum
 stetit mundus. & qui circa finem nascuntur
 non minus uiuent. nisi quanta dies numerati essent.

38
Et quid illi prodest & conpendium laboris.
sicut mundus finitur. cum ipsum pensum uitae
suae compleant ante modum. Deinde sicut
homine esset & quando nascuntur prius. aut
postea iustitiam primam habebat merce
dem qui prius nasci uoluit. secundam autem
qui postea uenit ad uitam. Nunc autem cum in di
potestate quando hominem producat in mun
dum. nec ille sibi pro honorem defende
re debet qui prius natus est. Nec contumeliosior
debet esse qui postea. Dicit enim & sicut
prius creatus & prior eram. Accipientes
autem murmurauerunt aduersus patrem
familias dicentes. Quomodo huius nouissimi in hora
fecerunt. & aequales illos fecisti qui porta
uimus pondus diei & aestus. si uerum est
quod diximus quia & illi suum tempus uixerunt
& non amplius. & isti suum tempus & non
minus. & unicuique mors sua consummatio
ipsius. quid est quod dicunt totius diei pondus
portauimus & aestum. Quia magna nobis
est iustitia ad faciendam iustitiam. cognos
cere prope esse finem mundi. Unde
armans nos Christus dicebat. adpropinquauit
regnum caelorum. Item apostolus. preterit
enim figura huius mundi. uoluit sine
sollertia uisere. si ergo nobis iustitia est.

scire propinquum finem; Namquamur
usque ad finem illius uitae nisi forsitan non ex
tendatur. tamen quasi accendimur &
preparamur ad suscipiendum finem.
consequenter & illis informatio erat
condiscere mundi spatia esse longinqua.
& quamuis ante finem mundi in manus dei
essent ituri. tamen quodammodo negle
gentes eos faciebat circa iustitiam.
& refrigerere faciebat animos eorum
expectatio scilicet longioris. Ideo ergo
quamuis non per omne saeculum uixerunt.
tamen totius scilicet grauatinae impedimenta
perculisse uidentur. Item tunc mundus
in iuuentute constitutus omnibus bonis
prosperabatur & felix erat. Nunc autem
mundus senescens omnibus aduersitatibus
praemittitur. & ideo concupiscibilis non est.
qui ergo tunc fuerunt homines. cum maiore
difficultate & labore iustitiam seruauerunt.
quia ipsa felicitas mundialium rerum satis impe
dimentum est animae ad iustitiam faciendam.
Nunc autem feliciter homines iustitiam facere possunt.
quia ipsa aduersitates & angustiae mundi aliam
rerum adiuuat animam ad iustitiam faciendam;
Sicut facilius est homini pauperi & in angustis
constituito disciplinam tenere. Diuiti autem & abun

danti difficile. Sic illis inter gaudium mundi difficile fuit tenere iustitiam; Nobis autem inter tribulationes mundi difficile. Multum ergo tunc bonis erit & fortissimi de qui poterit eua de re iustus. & modo multum malus est & miser in fide qui se constringit ad dm. Ergo pondus quod dicit opus iustitiae significat quia grue est homini carnalia indere iustitiam. Aestum autem dicit concupiscentias scilicet quas tunc patiebantur mundi. In iuuentute florente; Ergo & si non ponnem mundum uixerunt. Tamen totius mundi in pugnationem passisunt. Quia totius uita uirtus in iuuentute ostenditur. Aut pondus totius diei dicit onerosae legis mandata propter quod & alibi dicitur ostenditur iudeos & dicit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. & ego uobis requiem dabo; Aestum autem uerentem temptationem & errorem quam conflabant sps maligni in eos; Ad emulationem eos gentium instantes. A quibus omnibus gentes libere extiterunt xpo credentes. & per conpendium gratiae ad plenum saluati. Nam neque onera portauerunt sicut iudaei; Nec seductiones passisunt diuersorum errorum quem ammodum illi; At ille respondens uni eorum dixit; Amice non tibi factio iniuriam; Ergo illi non dolebant. quasi si reudati de mercede sua. Sed quia illi amplius quam merebantur acciperent; hoc est enim proprium in uic die quando

Namque
a for
cendimur
dum finem
natio erat
sse longin
di in manu
ammodo
iustitiam
animos
is. Ideo
ulu uixer
in ped
tunc mund
nibus bon
Nunc
auerit
scribitur
cum
sey uau
erum
am factio
m facer
munde
am factio
in angu
uita au

3

7

alteri aliquid additur. sic dolent inuidi
quasi illis sit aliquid subductum quod illis est
additum; putat inuidus se pauperē factū,
si alter sapientior fuerit factus. nec dolo
quasi ipse sit insipiens factus, Intellegis
quia ex uana gloria nascitur inuidia,
Nam ideo dolo esse secundus quia deside
rat esse prior; Sic erunt nouissimi primi
& primi nouissimi multi uocati pauci electi,
Postquam superius de iudaeis & gentibus
hanc ipsam dixisset sententiam quierant
primi nouissimi & nouissimi primi. uide
licet quia iudaei in primo loco uocati sunt
& gentes in secundo autem saluati sunt.
postea ^{ad} gentes introduxit parabolam istam
& cognoscamus quia ad manifestationē
precedentium uerborum hanc parabolam
introduxit. Ideo in finem eius eam ipsam
sententiam repetit quam dixerat supra.
Aut ideo primos dicit nouissimos futuros
& nouissimos primos. non ut nouissimi
digniores sint quam primi. sed ut coe
quentur, Dicit enim propheta egra
uolens omnium scōrum unam ostendere
uocationem. & nullam inter eos esse
differentiam temporis causa; Dicit

omnium scōrum numerum esse quasi cordā;
 sicut enim in corona cum sit rotunda nihil
 inuenis quod uideatur esse initium aut
 finis: sic inter scōs quantum ad tempus
 in illo scō nemo nouissimus dicitur. nemo
 primus; Ideo ergo quibus datum est primū
 nasci nouissime remunerantur: & qui
 nouissimi nati sunt primi remunerantur.
 ut illi illam gratiam habentes. isti hanc
 consequantur; Quod autem dicit. multi uocati
 pauci autē electi. Non uide superiores scōs p̄tans
 sed ad gentes. quō ex ipsis gentib; qui multi
 uocati sunt. pauci sunt eligendi; ¶

ASCENDENS IHS HIEROSOLIMĀ ADSUMPSIT
 discipulos seorsum itinere; omnis gloria
 dī. & omnis salus hominum in xp̄i morte
 posita est. Nulla enim res quae amplius
 ad salutem hominum pestineat quā mortis ipsius.
 Nec est aliud aliquid propter quod magis dō
 gratias agere debeamus. quā propter mortē
 ipsius; Ideo cum plurima turba fidelium
 eum sequeretur in uia. duodecim apostolos
 solos tulit in secreto. & illis tantum modo
 mortis suae adnuntiavit mysterium.
 quia semp̄ p̄tiosior thesaurus in meliorib;
 uasis includitur. Multi quidem uiri erant
 cum eo. sed propter modicitatem fidei suae infirm;

multae mulieres. & si infide fortes. tamen
infirmas in sexu. Si audissent quia ideo xps
ascendebat hierosolimam ut interficeretur.
& uiri forsitan turbarentur pro infirmitate
fidei. & mulieres propter molliam suam
nature. nam proprie animus mulierum
mollis est. & in tali negotio cito excutitur
in lacrimas. Non recordamur quod superius
cum de morte xpi pater audisset. dolore
commotus non timuit ipsum dnm increpare
dicens. Propterea esto tibi. & hoc tibi non est.
Si ergo pater in morte xpi turbatus est.
cuius alterius fides poterit sustinere tantum
dolorem. Si pater immobilis penes commota
est. quomodo terra sufferrit impetum
tempestatum. Ecce ascendimus hierosolimam;
ecce contestantis est sermo. ut memoria
presentiae huius. in cordibus suis recondant.
tamquam si dicat. Ecce iam nunc testia uice
predico uobis mysterium passionis meae future.
ut altius in sedeat mentibus uris frequentius
repetitum. & quare illis predicat passionis
suae mysterium. Quia omnis aduersitas
quae subito euenit. omnibus extra spem nimium
grauis est. quam uero ante cognoscimus
& praeparamus nos contra eam. cum superuenit.
expectantibus nobis leuior inuenitur

quam esset futura . si repentina uenisset ;
Ideo ergo nuntiat illis de morte sua futura . ut
cum dies ille passionis aduenerit . non illos turbet .
cognoscentes quia omnino erat uentura .
Si enim totiens praemoniti apostoli de morte
eius futura . tamen quando comprehensus est .
scandalizati sunt omnes & reliquerunt eum ;
Quantomagis scandalizandi fuerant si praemoniti
non fuissent ; numquid non se praeparauerunt .
non stauerunt in animo suo ut non expauescerent .
Si enim non se praeparassent . nec promississent
una cum Petro dicentes .
parati sumus tecum usque ad mortem ; sed in illa
hora fides eorum defecit . & praeparationem
animae absorbit amor carnalis ; uel ideo praedicit
eis futurum ut ab exitu cognoscatur praescientia
eius . Ex praescientia autem intelligatur diuinitas
eius . Consideratio autem diuinitatis eius . confortat
fidem ipsorum in tempore passionis eius . ut totum
illud quod patiebatur . dispensationi uoluntatis
eius adplicent . non necessitati naturae ;
Eccce ascendimus ; ac sidicat ; uideat quia uoluntariae .
uado ad mortem . Nemo me uocat hierosolimam .
nemo ammonet . nullius potestatis preceptum
timeo . nullius uolentiae necessitate compellor ;
Cum ergo uenerit tenebrarum potestas .

cum uideritis in cruce pendentem. ne estime-
tis me hominem esse tentum. Nam & si posse
operetur. aut multas; Nescio autem si tota uineam
quis hominum sufficiat operari; At ille dixit, Nolo;
Quomodo dixit nolo. incogitatu; Qui enim habens intellectum
boni & mali. relinquit bonum & sequitur malum;
Incogitationibus suis contra dominum respondere uidetur. quia
nolo; Id contra intellectum suum creatum sibi ad deum; Pausienti
dixerit in corde suo nolo. non potest fieri ut aliquando peccet;
dicente propheta; Dixit iustus ut delinquat in semetipso;
Gentes enim a principio relinquentes dominum & iustitiam eius;
& transientes ad diabolica & peccata incogitationibus suis
respondisse uidentur; Nolumus facere iustitiam quam sc
mus ex nobis; & respondens ad alterum ad alterum dixit similiter;

At ille respondens ait, Eodnē & non ut, Judaeus enim
populus. id est filius minor interrogatus & per mor-
sen & per ihm. Quasi adō per eos loquentes spon-
dit omnia se facturum quaecumque praeceperat dñs;

Postea autem aversi mentis sunt dō: sicut dicit de illis pro-
pheta, filii alieni mentis sunt mihi, Quis ex duobus fecit
uoluntatem patris? At illi responderunt primus,

Vides quomodo sicut iam diximus supra ad traxerit parte bo-
ueritatis. ipsi aduersus se sententiam protulerunt dicen-
tes. Priorem filium uoluntatem patris fecisse. id est po-
pulum gentium. quia melius est non promittere facere
iustitiam dō. quam promittere & mentiri; Quorum iudi-
cium abundanter confirmans addidit dicens;

Amen dico uobis quod publicani & meretrices precedunt uos
in regnum di, Aesidicat, Non solum populus gentium meli-
or est uobis iudeis sicut iudicatis & ipsi;

Sed & iam publicani & meretrices qui sunt inter uos;

Manifestatur quae ut pessimam proficentes uitam precedunt
uos in regnum di, Quamto magis populus gentium. puto
quod ex persona omnium uirorum peccatorum publica-
nus sponitur, & ex persona omnium mulierum peccatriciū
meretricis, Quōquamuis multas sint peccata in uiris &
mulieribus. Præter ista tamen præcipue auaritia in ui-
ris abundat, fornicatio autem in mulieribus;

Putamulier quamuis potest esse auaræ aut superba. ta-
men non facile per auaritiam aut superbiam peccat;

Ideoque facile in peccatum fornicationis incurrit x-

maxime quia hoc vitium facile ex uacantia & ex otio nascitur;
Nam qui sollicitudinibus animi uel habet occupatum. non facile
fornicationi operam dat, Nam definitio amoris: haec est ani-
mae uagantiss passio, Vir autem qui in actibus rerum diuer-
sarum est assidus. in auaritia peccatum incurrit.
In fornicationem autem non facile. nisi forte multum sit lasciuus;
Nam occupatio uirilium sollicitudinum suggestationum uoluptates
plerumque excludit; Unde proprium est hoc adolescentium ni-
hil agentium; Nunc exponit causam propter quam publicani
& meretrices praecedunt eos dicens. Uenit ad uos iohannes in uia
iustitiae & non credidistis ei. Publicani & meretrices credide-
runt ei; Vos uidentes nec penitentiam egistis propter ea credere
ei, & si dicat; & si non uenisset ad uos iohannes in uia iustitiae,
sed tantum baptismum penitentiae praedicasset uos quasi sacer-
dotes prudentes quasi iudices Non personarum sed rerum
debueratis ei credere. & si non quasi iustus tamen quasi iusta dicenti;
Quidem in pestis & ad auditorem uitae praedicatoris
Si enim male uiuit illius est dampnum solius. Si enim benedocet
omnium audientium lucrum est; Nunc autem uenit ad uos in uia
iustitiae. sic manifesta ut conuersatio eius. Venerebilis & ange-
lica uita. & iam publicanorum & meretricum corda concuteret
& percussa pauore reflecteret ad credendum. & uerbo nec tetigit;
Uide & si quia iustus publicani & meretrices praecedunt uos in regnum di-
Considerate autem quomodo conuersatio bonae praedicatoris. praedica-
tionis suae prestat iustitiam. ut & animi domabilia domus corda;
& ipsa quidem praedictio iusta est & ipse qui praedicat iustus si dicit;
Uos autem nec penitentiam egistis quasi publicani & meretrices

credentes iohanni, Illifecerunt quod maius est.

Ita autem neque penitentiam egerunt quod est minus;
Numquid publicani & meretrices credentes in xpm.
Sine penitentia crediderunt, Nec enim possibile erit credere
 in eum sine penitentia. Quibus apertum penitentiae praedicabat.
Quod ergo uult dicere. tale est; Deueneratis quidem uos sacer
 dotes quasi iustam scripturam habentes quasi populi precessores
 ante populares credere iohanni. & omnes illi uestrum sequerentur
 exemplum; & non solum hoc non fecistis. sed nec postquam
 uidistis publicanos & meretrices credentes. nec tunc confusi estis
 aut conpuncti; Quia publicani autem & meretrices crediderunt
 qui credere non sperabantur. Uos autem in duritia permansistis;
Quia uidebam in totius uestrae sectatores. & nec tunc penitentiam
 egistis ut crederetis. ut uel illorum exemplum sequeremini
Quibus debueneratis ipse esse exemplum;
Numquid uos magis sine peccato eratis quam illi. ut illis credentibus;
 uos non crederetis. eius non sed magis contemptores di;
Magis superbi & uanegloriae amatores & duri. qui nec precedere
 illos uoluistis in fide. nec sequi; & uere magna confusio est
 sacerdotum. & omnium clericorum. quando laici inueniuntur
 fideiores eis aut iustiores, Quomodo autem sit confusio esse
 illos inferiores laicos. quos etiam aequales esse confusio est.
Per hanc ergo parabolam eis prophetae, qui agentes quidem
 quasi meliores fuerant elegende; Quae in primis quidem contu
 maciam ostenderunt. Postea autem oboedientiam exhibue
 runt. & iudaei quasi deteriores abiciendi. quia in primis
 quidem confessi sunt oboedientiam. Postea autem inuenti
 contumaces;

Quia melius est apud dñm non promittere & facere. quam
promittere & mentiri, Tamen in figura ratione iudae
orum & gentium. quam exposuimus in multorum traditione.
Loquentes aliquid mihi uidetur esse contrarium.

Si enim uere duo hi filii iudaei & gentes essent intellegendi.

Postquam sacerdotes interrogati responderunt.

Priorem filium patris uoluntatem fecisse; Concludens xps
parabolam. sic debuit dicere; Amen dico uobis qui agentes
praecedunt uos in regnum di, Quam magis qui publicani
& meretrices praecedunt uos in regnum di.

Quod magis popularum hominum ostendit conditionem
quam gentium statum. Nisi forte intellegamus sicut iam
diximus supra; Quia ex hac generationis causa publicanos in
trodaxit. & meretrices. Praeuidelicet sic gentium populus
magis placens est dō quam uos. Ut etiam publicani ipsi & me
rētrices acceptabiliiores sint apud dñm. propter conuersationē
suam quam uos propter conuersationem uestram mendicē;

Si ergo placet propter hanc rationem traditio illa bene;

Si in autem potest & aliter esse traditio talis;.

Cum sacerdotes non discendi causa. sed terrendi interrogarent;

Iniqua potestate facis haec; Audierant enim frequenter
sicut exponit iohannes. quando enim dicebat;

Ut unum profertem & de multis exemplum. Dixi uobis & non
credidistis. Operum quae ego facio in nomine patris mei. ipsa
testificantur de me. Item si non facio opera patris mei. no
lite credere mihi; Quod si facio. & mihi non uultis credere
operibus credite. Ut sciatis & credatis quia ego in patre & pater
in me;

Hoc non erat manifeste pronuntiare: qui a potestate dei hęc
faciebat; Quō ergo hęc eodiciente ex populis multa in eum
crediderunt, Sacerdotes autem iuxta quod non credide-
runt: adhuc frequenter insurrexerunt super eum.

Introducitur parabola duorum filiorum. ostendens esse et

De sacerdotibus et laicis

Quō meliores sunt populares. qui a principio secularem & carna-
lem profitentur vitam. quam sacerdotes qui ab initio profi-
tentur sedō seruire, Quō populares quidem uel satiati uel
bussius malis. aliquando conpuncti conuertuntur ad dñm. & in-
cipiunt operari iustitiam dñi, Sacerdotes autem in poenē tibi-
les constituti. numquam desinunt peccare in dñm.

Duos ergo filios dicit: Laicorum conditionem: & ordinem sacer-
dotum; Quis est prior filius? Populus; Prior enim populus
creatus est. Deinde sacerdotes qui regerent populum,

Alioquin antecreata rectores quem regerent

Non enim populus propter sacerdotes creatus est. sed sacerdo-
tes propter populum, Nam & mundum dñs antecreauit:
& postea hominem qui regeret mundum,

Denique populus dñi ex tempore abrahę coepit.

Sacerdotes autem ex tempore aaron; & dixit uniorum;

Fili uade hodie operari in uineam. At ille respondens: nolo,

Postea autem penitentiā motus abiit;

& accedens ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait;

Eodñe: & non uiuit, Nam quamuis omnes iudaei interrogati:

& per moysen: & per ihm: quasi ad dō per eos loquente spo pon-
derunt: omnia se facturos quae preceperat dñs;

Tamen populares per hoc ipsam quod secularem suscipiunt uitā

denegare uidentur oboedientiam dō, Sacerdotes autem
magis uidentur oboedientiam promittere dō;
P recipue per hoc ipsum quod specialiter in ministerio dī con
stituuntur, Nam quid doctor populi constituitur sine
dubio profitetur. Talem se fore qualem esse oportet doctorē.
Sicut enim quicumque alterem profitetur astem & specialiter
non spondeat. tamen per hoc ipsum quod scitoriam profes
sus est astem, & argasterium huius astis aperuit,
Uideatur tacite omnibus spondeisse ut sine reprehensione
impleat ^{quā} professus est astem; Sicut sacerdos & omnis clericus
& si specialiter non promittat. tamen per hoc ipsum quod doc
tor constituitur aliorum. tacite promittit dō uideatur
in omnibus. ob auditarum sedō, Quaesit autem uinea uel
quomodo dī loquatur ad homines, Diximus supra;
Quis ex duobus fecit uoluntatem patris; At illi responderunt
primus; & uerum est. Quia melior est laicus qui in pri
ma facie saecularem uitam profitetur. Reuertit autem studet
spītalem. quam sacerdos qui in prima quidem facie profitetur
uitam spītalem. Reuertit autem complectitur uitam carnalem;
& melior est laicus ante dīm penitentiam agens. quam clericus per
manens in peccatis; Laicus enim in die iudicii stolam sacerdotum
accipiet. Ideo in chrismate omnes sic unguuntur in sacerdotio;
Sacerdos autem peccator spoliatur sacerdoti dignitatem quā
habuit. & erit inter fideles & hypocritas; dicens dño de malo
dispensatore, Si autem caeperit cedere seruos. manducare
& bibere cum ebriosis; Ueni & dñs eius die qua non spectat
& hortem qua ignorat, & diuidat eum partem que eius cum

hypocritis ponat & infidelibus, Unde & modo sic inuenis
rem: saecularis homo post peccatum facile ad penitentiam
uenit, Nam occupatus negligentia saeculari: dum scrip-
turis non satis attendit. semper ei quae in scripturis posi-
tae sunt noua uidentur, Ideoque cum audierit aliquid
aut de gloria sanctorum: aut de pena peccatorum

Quasi nouum aliquid audiens ex pauescat, Aut dum bona
concupiscat: aut mala timet & conpunctus ad poenitentiam
cito decurrit, Nihil autem impossibilius quam illum
fallere qui omnia scit: & tamen contempnens bonum: dili-
git malum; Omnia enim quaecumque sunt in scripturis
propter cotidianam meditationem.

Aut oculos in uicinia & uilia aestimantur;

Nam quicquid illud terribile est usu: uile scit;

Propterea clericus qui semper meditatur scripturas:
aut omnino obseruaturus est & erit perfectus

Aut si semel coeperit illas contempnere: numquam excita-
tur in illis ut timeat, Quis aliquando uidit clericum
cito penitentiam agentem. & si deprehensus humili-
auerit se? Non ideo dolere qui peccauit. sed per confun-
ditur qui aperdidit gloriam suam,

Putasne dominus quasi crudelis clericis penitentiam denegauit
dicens: Si sal infatuatum fuerit in quo condietur:
sed quasi naturalem rem esse considerans.

Quia non est quid doceat illum errantem. qui errantes alios
corrigebat, Ideo addidit & ait; Amen dico uobis quod
publicani & meretrices praecedunt uos in regnum dei;

Idest nondico populares. qui secundum rationem uerbi
uitam suam dispensant. sed publicani & meretrices quide
sideris mundialibus. & uoluptatibus carnalibus se ipsos man
cipauerunt. praecedunt uos in regnum dñi;
Quia illi conuersi non desiderant esse quoderant. Uos autem de
negatis in opere quod uidemini profiteri in uerbo;
Tamquam arbores folia sine fructu habentes non pascentes
dñm suum. sed deludentes; & uide ut quid nondixit;
Qui publicani & meretrices introibunt in regnum dñi;
Uos autem repellimini longe, Aut quo cūque alio uerbo sig
nificante non eos introiturus in regnum: sed ita praecedunt
uos in regnum, Ubi enim alius praecedit. & esse uidetur quise
quatur; & si in secundo loco. tamen nihilominus erit in regno;
Adhuc autem uide qui anondixit quasi de futuro praecedent uos;
Secundum haec igitur uerba & sacerdotes significabantur
ingressuri in regnum dñi. Idest credituri in xpm;
Sed quia credentibus publicanis & meretricibus iohanni
& baptizatis ab eis sacerdotes aestimant esse iustos. Neque
credere uoluerunt ei; Post publicanos & meretrices intro
turi adnuntiantur: sicut & factum est. Post ascensum enim
dñi multaeorum crediderunt in xpm;
Sicut testantur actus apostolorum dicentes: & multatur
basacerdotum obaudiebat fidei; & qui sunt publicani & me
rtrices qui precesserunt eos in regnum. Matheus publicanus.
& zachaeus princeps publicanorum. & ceteri publicani quicum
ipsis & propter ipsos crediderunt in xpm;
& quae meretrices quas exponunt euangelia; qm publicani

& meretrices adhuc in hoc mundo crediderunt xpo de genq;

Sacerdotes autem post ascensum ipsius per apostolos crediderunt, Ergo propter misericordiam quidem dei ingressi sunt & ipsi in regnum; Propter elationem autem cordis sui. post publicanos & meretrices ingressi sunt & ipsi in regnum; Propter elationem autem cordis sui. post publicanos & meretrices ingressi sunt; Ut fieret eis propoena superbiae. processio meretricum & publicanorum. Ut per hoc cognoscamus quia nihil sic impedit fidem. quomodo elatio cordis, Unde dicebat ad eos.

Vos estis qui iustificatis uos ipsos. deus autem nouit corda uestra. quia quod hominibus elatum est. ab hominatio est ante dnm; k cc xviii x

Audite & aliam parabolum. Acidicat. Iterum uos uulnero. ut aliquando sentiat dolor. Nam aspente medicina cicius sanat. Ubi tamen sanabilis morbus est; Homo erit pater familias. homo nomine non naturae. similitudine non ueritate, Siquis ergo existimat xpm haec causa. & iam animam habuisse humanam; qui dicitur est homo. audiat & dnm patrem hominem dictum;

praescius enim. qm propter appellationem humani nominis. quasi homo purus fuerit blasphemandus; & iam dnm patrem inuisibilem constitutum hominem appellauit;

Ut dum & patrem hominem dicitur. filius de hereticorum blasphemus liberetur, Pater familias cui caelum & terra quasi una est domus; quia angelorum & hominum naturae dñs est, Bene uolentia pater, quia deo se patrem omnium.

uoluit dici: ut omnes considerentes bonitatem eius:
Non in specie eius eruant quasi malis eruidno. sed in uerita
te quasi boni filii genitori; Qui plantauit uineam
quam uineam: quam de aegypto transtulit, Quomodo
illam plantauit, Quomodo uinitar studiosus. qui pri
mum omnes in circuitu infructuosas siluas excidit. & sic post
ea plantat. Ne forte arbores lasciuantes dum huc & illuc per
longa spatia remos suos exporrigunt. adhuc tenerum offu
cent malleolum, Sicut & gentes sine fructu iustitiae consti
tutas occidit. & sic conlocauit israhel. Ne forte gentes in disci
plinate dum in longum ter minum sua dominationis ex
tendunt. adfligant populum di nouicium,
& sepe circumdedit ei. & torcular fodit in ea. & aedificauit
turrem; Quid est sepe in Angelum in circuitu custodienter
populum di. Ne in uineam xpi inuisibiles latrones inrum
pant; Angelos enim praesertim omnibus & apostolus dicit.
Mulier potestatem debet habere super caput propter angelos.
Item dicit: Amen dico uobis quod angeli eorum cotidie
uident faciem patris mei; & in alio dicitur ad puellam
nuntiantem de p[er]to. ne forte angelus eius sit;
Quid est torcular. ecclesia, Sicut enim area ecclesia
intellegitur; Quia uineam per multam tribulationem &
uentilationem triticum separant apales; Sicut rationabili
ter & torcular eccl[esi]a est intellegenda; In qua omnis fructus
uineae. id est opera seruorum di & fides probata. ad d[omi]n[u]m
am d[omi]n[u]m mittuntur, Eccl[esi]a autem torcular fit habens
in se uerbum di. quonon delectatur naturae carnalis.

Adquiescit ei contortapropter timorem iudicii uel amorem
premi. Ut non tantum ipsa cetera. torcular uideatur.

Quantum ipsum uerbum di quod treditum est in ea fossum;
S i enim uerbum noui testamenti quod leue est cruciat homi
nem contredicentem carnis nature. Quantomagis uerbu
ueteri testamenti quod in postabile erit,

Ubi ergo uerbum di positum erit in lege modum uiuendi con
stituent. Torcular erit fossum. Ubi autem de fide di pro
pheta abatur; Turris erit aedificata;

Nam sicut in turre consistentes duobona consequuntur & hos
tam in ruptionem ipsi facile non patiuntur;

& hostes decurre facile conterunt. Sic & qui in fide xpi con
sistunt uel in lege di, & demones super illos intrare nequeunt. X
& ab his spiritalibus bonorum operum sagittis facile uulnerent.

Aut ita septa meritum dedit eis. Custodi patrum iustorum.
qui tamquam murus factus est populus israhel.

Nam propter promissionem factam ad eos possidebantur ad o sctā
contem meritum suum, Septa meritis patrum suorum.

T orcular autem fodit meo propheta ex quibus quasi ex tor co
laribus greta ascis pps decurrebat ut mustus. ex quibus num
quam potati filii israhel, Musti admirabantur uirtutem,

A edificauit autem turrem. legis fiduciam & altitudinem ex
qua sacerdotes uelut speculatores xpm specularentur uen
turum, & locauit eam coloni, qui sunt coloni quibus X
Locatus est populus? Id est uineae. sacerdotes.

Plantatus est autem populus primum in abraham. quando in
primis loquutus est ad eum dñs dicens, Exi de uentre tua. & cog

natione tua. & cetera; Ex eo enim facta est uocatio semi-
nis eius, Loquutus est autem colonus tempore moysi quan-
do per legem constituti sunt sacerdotes & leuitae. & procura-
tionem regendi populi susceperunt ad magnam gloriam suam.

& adgruendepericulum. Ad gloriam quidem si diligenter
tractauerint populum dei. periculum autem sine gle-
genter. Si enim ille per negligentiam debet timere peri-
culum qui procuracionem suscipit terrenarum rerum
de manu hominis alicuius potentis; Quantomagis sacer-
dotes quidem a dei suscipiunt procuracionem animarum
searum, Plantatus legitur quidem populus in terra re-
promissionis secundum quod scriptum est,

Vineam de aegypto transtulisti. cecisti gentes & plantasti
eam, Sed in illa plantacione hic intellegere non oportet,
X Ne prius locatam eam colonis inueniamur exponere
quam plantatam; Quo audiximus sacerdotes populum eo-
X lere. Dm autem reddere mercedem uitae;

Nemo sacerdos existimat quoniam iuste pro merito operum suo-
rum accipit a deo mercedem. & non potius propter gratiam
& misericordiam dei, Non enim sacerdotes prestant deo docen-
tes populum eius. sed deo sacerdotibus committendo eis populum
suum in spiritu. Nos autem doctrinae mercedem acquirere non
poterimus. nisi nobis procuratio populi commissa fuisset;

Ergo colonisunt sacerdotes qui colentes populum quasi uineam
cum acutissimo ferro sermonis faciunt eos bonos fructus iusta
traedendo exhibere, Sicut autem durum tenem ferrum emol-
lit. sic uerbum duritiam cordis relaxat; Sicut nostri sereno

erbe iudicatus euelluntur a uinea: sic & acrosermone ui-
tia de populo rescantur; & sicut colonus quamuis de suo
munere obtulerit dño non sic eum placat. quomodo si de ui-
nea eius redditus ei obtulerit. sic & sacerdos non tantum
propt̄ suam iustitiam placat dō. quomodo si populum dñi in
sc̄itate docuerit. qm̄ ipsius iustitia una est.

Cum aut̄ adpropinquasset tempus fructuum: misit seruos
suos ad colonos ut acciperent de fructibus suis; & adprehen-
dentes colonos seruos eius. unum cederunt. alium autem
occiderunt. alium uero lapidauerunt.

Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis si-
militer. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens.

Uerebuntur filium meum, Seruos suos dicit propheta:
quos per singulas generationes: misit ad populum iudae-
orum, Considerate qm̄ per singulos gradus misericordiae
diuinae malitia iudeorum crescebat.

& quomodo per singulos gradus iudaeae malitiae diuinae misericor-
dia addebatur. & contra clementiam diuinae malignitas humana
celestabat, Ecce equalis uis amicus alicuius fuerit homo. si se-
mel ab illo fuerit passus iniuriam: quantum cumque frangit̄
eius affectus; Si iterum passus fuerit: iterum magis minuit̄;
& si iterum amplius minuitur. & si non minuitur amicitia eius
celestata men non additur; Di aut̄ misericordia: quanto ma-
gis a iudaeis offendebarur: tanto amplius addebatur in eis;

Et ecce enim post tanta beneficia di. sine a monitione dñi debue-
rent dño iustitiae suae tributa persolvere;

Tamen non reddentibus eis. misit paucos seruos: quibus occisus.

addidit bonitatem. cum debuisset irasci: misit plures,
I templis interfecit: ad eum in lauit & misit filium suum,
& hunc non quasi ad obnoxios pene sententiam blandantem,
Sed patenter ac ueniam post tot scelera: adhuc eius miseri-
cordiae locum seruabat, Sic enim dicit, Forsitan filium
meum uerebuntur, Ergo misit confunderi illos non pu-
niri, Non pro tantis iniuriis: benigne dno sufficebat so-
la uindicta pudoris, Cogitauit ergo apud se quamuis
neque contumeliare seruos meos debuerunt;
Quia qui seruis facit iniuriam: dnm exhonoret,
Tamen in totum filium meum: qui totum possidet & innatus est,
Si amare eum uoluerint: est quod ametur, Propter me
solus est bonus, Si uoluerint eum timere: est quod time-
atur in eo. qui a post me solus terribilis est.,
At illi uidentes filium: dixerunt intrare, Hic est heres;
Uenite occidamus eum: & optineamus hereditatem eius;
& ex omnibus operibus eius cognouerunt eum filium esse dñi;
Hoc enim significat dicens, Ecce hic est heres,
Tamen postquam introiuit in templum. & conspuentes
animalia quae ad sacrificium uendebantur. foras eiecit.
In quibus sacerdotes auari delectabantur, Tunc prae-
pue cogitauerunt eum occidere dicentes intrare;
Si populus istum habuerit dñm. necesse est ut dimittat
consuetudinem hostiarum quae ad dñm pertinet & lucrum,
& ad quiescat offerre sacrificium iustitiae quae ad gloriam
pertinet dñi, & sic iam non erit populus iste possessionis
sed dñi, Uidelicet non ad dñm questum pertinens,

Si autem occiderimus eum dum non est qui iustitiae fructus a populo querat neglecta iustitia. sic semper tenebit consuetudo offerendarum hostiarum; & sic & nostra possessio ad nostram pertinet lucrum, & hoc est quod dicit; & nostra erit hereditas; Haec cogitatio communis est omnium sacerdotum carnalium. quoniam sunt solliciti quomodo populus uiuat sine peccato; Sed aspiciunt quod in ecclesia conferretur, & hoc aestimant sacerdotum suum lucrum. & non solum sacerdotum. sed &iam omnes homines carnales. hoc solum aestimant suum & hoc lucrum habere;

Sed de hac uita arbitrantur quod secundum carnem delectata fuerint in hac uita; Quomodo autem uolentes ostendere quid a filium semper fuisse. quem admodum patrem cum dicimus illis. si filius est & natus est & in traum habet propositione negatiua responderit; Non de proprietate filii secundum carnem. quia post incarnationem dictus est filius ex baptismo. sicut & ceteri sancti; Antea autem uerbum fuit semper in patre quos dominus &iam ex hoc loco conuincit dicens;

Et tuam filium meum; Quando ergo adhuc cogitabat de transmittendo filio post prophetas. iam filius erat;

Deinde sicomodo dicitur filius sicut omnes sancti ad quos factum est uerbum dei; Debit autem & prophetas filios dicere sicut christum. aut et christum seruum dicere. sicut ceteros prophetas. & quare prophetas quidem seruos omnes hunc autem filium solum appellauit; & eiecerunt eum extra uicem;

Id est extra ciuitatem hierusalem; & iudei suo consilio eiecerunt eum. & deus suo consilio eum ordinauit;

J sic cogitabant ut crimen mortis eius ex tunc ciuitatem
expellerent; Dis cogitabat ne iustus resurrectionis eius
ciuitatem scelerum saluaret; Id est ut iudex quidem mo-
reretur ad mortem; Cogitabat autem resurgere ad uitam.
Cum ergo uenerit dominus quid faciat colonis illis? Aunt illi
ad illos male perdat; Non est illorum quod iuste iudicauerit
sed ipsius causa; & enim caritas ueritatis. quasi uolentia
illis fecit. ut ne possint eam celare. sicut sole in nubibus con-
stituto; Hoc quod est dies non est nubium permittentium
eum apparere super terram; Sed iustus solis quae per-
tinentis nubes & iam impediens ab eis apparet;
Sic iuste pronuntia aut iudicorum non placata sed apo-^{ritata}
malignitas; Errauerunt benedicendo. Non mendacem
quantum ad rem; Tunc mentiantur quando dixerunt
ueritatem. In hoc saeculo ubi licet hominibus aliud senti-
re in corde. & aliud dicere in sermone;
Tamen in ueritate christi circumdantur homines & tenentur.
ut ipsi aduersum se iudices fiant; Putas quomodo in die
iudicii conuincendi sunt peccatores in suis peccatis; Ita
ut nullum colorem excusationis inueniant. Ubi ipsa opera
statuuntur ante oculos peccatoris. dicente propheta;
Arguam te & statuam contra faciem tuam peccata tua.
Ubi animam ipse cogitationes cordis accusant;
& e contra excitatur conscientia quasi domestica testis;
Dicente apostolo; Cogitationibus inuicem accusantibus
Aut & iam defendentibus in die cum iudicabit deus ^{ul} omnia homi-
num; Sic & sacerdotes uineae spiritalis cultores qui populum

non addidit gloriam exercebant sed ad suum lucrum fructabantur.
 I taeos dñs suis parabolis circumclusit. ut ipsi se sua sententia con-
 demnarent; Quis illum defendat quis ipsum accusat.
 Aut quis eum existimet innocentem. quis ipsum pronuntiat
 reum. Uae animae quae sibi defensionem conscientiae
 non preparat in die iudicii; Datur enim nobis exemplum ut
 per hoc iudicium consideremus futurum iudicium xpi;
 Sciendum est enim quia lucas quidem euangelista sic dicit.
 Adduxerunt eum extraneam & occiderunt.
 Cum uenerit ergo dñs malos illos male perdat; Responderunt
 sacerdotes: absit; Intellexerunt enim secundum lucam.
 Ergo sacerdotes contradicunt sententiae xpi; Secundum ma-
 theum autem suscipiunt & confirmant; In prima quidem
 facie uidentur esse contraria; Reuera autem non sunt con-
 traria. sed diuersae rationis sunt dicta;
 Ille enim secundum responsionem sermonis eorum exposuit
 iste autem secundum responsionem cordis; Nam uere uisibi-
 liter quidem in facie contradixerunt dicentes: absit.
 In corde autem & in conscientia susceperunt dicentes.
 Malos male perdat; Quid est quod dicimus; Omnis homo & ma-
 lum cognoscit & bonum; & intellegit quid est iustum & iniustum;
 Posuit enim dñs quendam spm scientiae boni & mali in hominibus;
 Ut quotienscumque peccamus ille in silentio quasi factum nr̄m
 accusat. & in conscientiae tacite ad animam loquatur dicens;
 Malum est hoc. & hoc bonum est; Propterea si fecerit homo
 malum & deprehensus fuerit in illo. uerbis quidem denegat
 & excusat; Ab intus autem conscientia eius recognoscit.

& sibi ipsa discussa per spm confiteatur quod fecit, Unde scrip-
tum est; In cogitationibus impu interrogatio erit,
Eccesi seruum tuum deprehenderis infusto & uolueris eum casti-
gare. uerbis quidem denegat; & si interroges eum utrum dig-
num est castigari: dicit non. Conscientia autem eius confi-
teatur quia dignus est cedi, Sicut ergo & sacerdotes mali consci:
uerbis quidem dixerunt: absit. Conscientia confessi sunt
quia malos male perdidit, Frequenter autem scripturae. co-
gitationis cordis ita exponunt quasi dicta sermonis: sicut
ait iob, Dicit impius dō, discede a me. uias tuas non offendo.
Item propheta, & aduenam occiderunt & dixerunt,
Non uidebit dñs nec intellegit dñs iacob; Item salomon,
Omnis homo transgrediens in lecto suo dicit, Quis me
uideat. parietes & tenebre circumdabunt me. quem uerebor.
Non memorabitur altissimus delictorum meorum.
Alioquin quomodo potest fieri. Ut qui intellegerant con-
tra se dicta esse parabolas. Ita uellent eum tenere con-
sentire sententiae. Denique quasi non ad quiescentibus
illis, Ideo introducit aliud testimonium scripturae dicens;
Numquam legistis. id est si parabolam meam non intellegi-
tis uel istam scripturam non cognoscitis. Quod si ad que-
uerint confiteri dignosse esse poena. utique non erit ne-
cesse. Adhuc et alium exemplum proferre,
Lapidem quem reprobauerunt aedificantes. hic factus est
in caput anguli; Id est quare non intellegitis quia uos estis
aedificatores. & quomodo non cogitatis in cuius aedificii an-
gulo ponendus est ille lapis. numquid in uestro.

Unde reprobatus est, Sed natio ergo aliud aedificium est
 futurum, si autem aliud aedificium est futurum
 Ergo uestre aedificatio contem nenda est,
 Aedificatores enim sunt sacerdotes, qui generationem homi-
 num super generationem per doctrinam aedificantes,
 Quasi lapides super lapides ponentes domum di conponunt,
 Sicut aedificatores nodos lapides, & habentes torturas
 ferro dolant, Postea uero ponunt eos in aedificio, Alio-
 quin non dolati lapides lapidibus non coherunt, sic & ecclie
 doctores, ut a hominum quasi nodos acutis increpationibus
 primum circum adere debent, & sic in aedificationem a ecclie
 conlocare, Alioquin uitae manentibus xpianis xpiani
 concordare non possunt, Unde putas lites in ecclesia inimi-
 citias, altercationes in inuicem, nisi propter auaritiam,
 propter inuidiam, propter superbiam, propter uanos
 honores, Tolle hec & nulla discordia inuenitur in xpianis,
 & sicut a rex ex omnibus lapidibus elegit meliores, & ponit
 a foris in facie aedificii, ceteros autem lapides qualescumq;
 mittit ab intus, sic ecclesia meliores xpianos elegit, &
 ponit in facie ecclesiae, Id est alios facit sacerdotes, alios
 diaconos, ceterosque ministros ecclie,
 Pontifices & uiduas sciam uitam habentes, in ecclesia perma-
 nentes, Pontifices continentis iuuenes & uirgines, ceteri
 autem si mediocres fuerint proficiunt in medio ecclesiae,
 Id est aedificii, propter misericordiam di,
 Sicut ergo foron lapides nullum debent habere nodum aut
 angulum, nec debet esse alter lapis intus alter foris

Quia si sic fuerint: totum aedificium deturbant. Sic &
clerici senes & uiduae. Continentes & uirgines nulli
debent habere maculam. Neque in uerbo. neque in cogi-
tatu. neque in facto. neque in opinione. quia ipsi sunt pul-
critudo & iustus ecclesiae, & si malis fuerint totam detur-
bant ecclesiam. Sicut enim lapides qui sunt in uis in ae-
dificationem nemo aspicit. sed foranos considerant omnes.
Sic secularium hominum uita. neque sic considerantur
neque sic nocent ecclesiae; Nam quamuis populus sae-
cularis sit. & indisciplinatus. Tamen si iustus fuerint
tota ecclesia speciosa uidetur, Nam sicut forani lapides
in traneos in trane tenent & constringunt: sic totus populus
istorum meritis a seitate saluatur, Lapis autem dicitur
xps. propter duas causas, Primum quia eius fundamētum
est fons. & neque aliquis seductionum. Aut in lece-
briorum operum causas soluuntur. qui super eum consis-
tunt. Neque tempestatibus persecutionum mouentur.
Deinde quia unum eorum est magna confectio. Sicut enim
omnis res quae percutit lapidem. ipsa quidem conliduntur.
Lapidem autem non ledit. Sic & omnis qui xpianitatem a-
git. sequi dem corrumpit. xpianitatem autem non nocet.
Quia ergo magnus est lapis xps. qui ceciderit super eum con-
fringetur. Super quem autem ceciderit comminuetur eum.
Aliud est confringi: aliud est comminui, quod confringitur
aliquid remanet de eo cum fuerit fractum. Quod autem
comminuitur minutatim quasi in puluerem conuertitur
& nihil inuenitur ex eo; quod enim super lapidem cadit.

Non lapis eum frangit. sed ipse frangit ad lapidem ;

Idcirco quod cadit super lapidem non intantum se frangit secundum quod lapidis uirtus. sed in quantum fostiter ipse ceciderit. Fostiter autem cadit. quod cadit propter duas causas.

Aut propter pondus suum. aut propter altitudinem suam ;

Quod enim ponderosum est. & si de humili cadit fostiter cadit.

Quod autem de alto cadit. propter altitudinem spatii, & si leue fuerit graue ter cadit. Super quem lapis cadit. non queritur graue fuit quod inuentum est subter aut leue. nec de alto nec de humili. Quis sunt qui super lapidem cadunt

Chriam qui credentes in xpm stantes super ipsum quasi super proprio fundamento. Siquis de istis peccauerit non eum xps corrumpit. sed ipse se corrumpit. offendens in xpm ;

& ideo xpianus peccans non tantum perit. quantum potest perdere xpr. Sed quantum ipse secundum opera sua perdidit. Homo autem xpianus fostiter cadit in peccat. propter duas causas. Aut propter magnitudinem peccati. aut propter altitudinem dignitatis. ut puta si sit clericus. aut continens uidua. aut monachus. aut uirgo. id est qui se dōtrix dicit ;

Propter magnitudinem autem peccati ut puta

Siquis homicidium fecerit. aut adulterium. aut aliquid de grauibus peccatis. ille talis. & si de humili cadit. id est. & si laicus aut secularis. fostiter perit propter pondus peccati ;

De alto uero cadit po. tae clericus & ex regnes spiritales personae illi & si pondus peccati non habent. id est & si graue de peccatum non fecerint sed leue. Tamen fostiter pereunt propter altitudinem dignitatis. Sicut enim quod de alto

cadit grædens sonum facit ut audiant omnes. Sic & quide
alto græducadit ruina eius ubique auditur, Quisunt super
quos lapis cadit, ~ Iudæi & gentes qui non crediderunt in xpm,
Ergo illi non secundum sua opera pereunt. neque secundum suas
personas sed tantum pereunt quantum potest perdere xps;
Si uideris ergo infidelem hominem. ne dicas bonus est aut malus,
Iusta opera fecit aut iniusta. sed omnes equaliter ad nihilum de
ducuntur; Ideo dicit propheta, Non sic impu non sic. sed
tamquam puluis quem proicit uentus a facie terræ;
Ideo non resurgunt impu in iudicio. neque peccatores in consilio
iustorum, Sicut uas quod leuiter cadit & leditur;
Est quidem uas sed ad usum non proficit; Quod autem dispersum
fuerit. nec uidetur esse uas. Sic xpianus peccator resur
git quidem. sed inter scos non ponitur, Infidelis autem nec
resurgit, quomodo autem resurgat super quem talis decidit
lapis. Qui autem neque de alto honoris. neque de pondere
græuioris peccati ceciderit super xpm interdum nec ledi
tur. & si leditur non multum leditur. r

4-

ccxx

5-

Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabo
laseus. cognouerunt quod de ipsis dicitur, & querebant tēp
tate eum, Homo qui græue facit peccatum. dum non habet
amplius quod iam speret & in dēpione committat,
Dicentes salomone, Cum uenerit impius in profundū malorū
contempnit; Sicut enim infirmus donec mediocriter habet
aliquam passionem. & speret posse curari. seruat se anocuis
sus, Si autem intellexerit insanabilem se esse iam non sibi
parat,

Sic & homo donec mediocriter peccat & sperat salutem quan-
tumcumque observat se a malo. Si autem graviter pec-
cando coeperit desperare. iam nihil dubitat facere. quasi
qui iam peccatis suis vivit in iudicium dei;

Nesciens miser quia sicut in bono graviter sunt gloriarum &
unusquisque secundum mensuram boni sui accepit gloriam.

Sic & in malo graviter sunt poenarum. & unusquisque secun-
dum mensuram mali sui accipiat poenam. Sicut enim in-
finitus est deus in retributione bonorum: sic infinitus est
in retributione malorum. Similiter & sacerdotes
omnibus malis repleti: qui iam in deum sperare non poterant.

In ipsum deum manus mittebant: non ignoventes eum esse fili-
um dei: sed sibi iam non parcentes, & mirum tibi videtur
hoc; Vere omnis homo malus quantum voluntatem suam
& manus mittat in deum & occidit eum.

Qui enim deum ex citare ad iracundiam non dubitat: qui pro-
cepta eius occulcat. qui nomen eius contempnit,

Qui blasphemat: qui murmurat & contemnit deum;

Qui turbato vultu aspicit contra caelum; qui in ira sua aucta
manus audacter subleuat contra eum,

Nonne si poterat fieri manus mitteret & in deum & occideret eum
ut iam licenter peccaret;

2^o ccxxi. 2^o

Et respondens illis iterum dixit eis in parabolis dicens.
domino deum ea proponente parabolam & dicentem;

Quoniam iustitia dei a iudeis fuerit auferenda non sunt territi
sed magis exasperati. & volebant manus mittere & tene-
re eum;

Quod intellegens dñs non tacuit sed peiorem iram di-
per aliam parabola adnuntiata eis esse uenturam,
Nam illi qui tacere debuerant non tacerunt. sed
magis exasperati sunt. Quantomagis xp̄s tacere
non debuit. qui tacere non poterat. Illos enim malitia
fecit esse audaces. istum autem potestas;

¶ Ca. 17. 22. 7.

¶ Dicitur. xi.

X

Simile est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias
filios suos. Homo rex dicitur. dñs pater. qui nunquam
humanam formam suscepit. ut intellegamus quano-
men hominis preiudicium. Non fecit diuine nature
sed propter causam parabole. Homo dicitur.

Non quia pars aliqua hominis erit in eo. Non de homine
dō. Ideo quando audis in scripturis filium di hominem
dici. Quantomagis necessarium fuit. ut homo diceretur
unigenitus dñi dñi filius. cum non esset homo purus qui hu-
manam naturam suscepit. Quoniam autem nuptias nomina-
uimus. ut ille est ut breuiter ostendamus prout dant
nobis sensum scripturae. Quomodo anime fideles hodie
ille xp̄o iungentes sunt interim nunc dispensatae.

Omne bonum uita substantia est & uita est. uita uero xp̄s.
Omne autem malum sine substantia est & nihil est. Itaque
quid uiuum creatum est super terram ex uita uiuit.

Nec enim potest esse aliquid uiuum in quo non sit sp̄s uitae.
Ex malo autem nullatenus esse potest. cum enim ipsum malum
nihil sit. Quomodo potest facere rem aliquam esse. Tamen
perdere potest. sed non ipsum malum perdere. Tamen
Sed dederit illa in qua est malum subtrahit se bonum propter inha-

bitans malum in ea . & sic bonum recedente . res uadit
ad nihilum , Ergo res in qua solum bonum est . uiuax
est & immortalis est , In qua autem & bonum & malum
habitat . uiuit quidem tamen pro tempore uiuit
propter inhabitans bonum ; Moritur autem propter
inhabitans malum , & est res mortalis sicut homo ,

Homo autem ideo ex bono & ex malo creatus est ;
Ut contempto malo sequatur bonum . & pro hoc habeat
electionis mercedem ; Quod si contempto bono
secutus fuerit malum ; suscipiat eum ad eternam interitum ;

Si autem dimisso malo secutus fuerit bonum in morte
carne eius soluitur ab omni malo ; & cum resurrexerit
tunc fuerit facta scorum . tunc accipiet eum sol a uita quod
est xps . & mortalitatem eius . in suam immortalitatem
absorbeat ; & sicut ait paulus , ut mortale hoc absorbeatur
a uita , ut tunc adimpleatur misterium quod
interpretatur apostolus , & erunt in quid duo in carne
una . xps enim cum anima . quasi unus sps factus
habitauit in carne uniuersa secundum quod dictum est .

Qui adiungit se dno unus sps est . Nunc autem quasi modicus
arras futuri coniungu sps sem accipimus ; tunc autem
ipsum xpm plenius in nobis habebimus .

Et misit seruos suos uocare ad nuptias inuitatos . ergo quando
misit seruos suos iam inuitati erant ;

Primum ergo dicamus . quid est ipsum conuiuium . secundo
quando sunt inuitati ; Tertio quando coepit preparare
conuiuium ; & quando misit inuitatores . Primum est .

quod

doctrina iustitiae & uerba caelestium misteriorum
de filio di uenturo. Quae omnia manducans homo
id est audiens eos acquirit sibi uitam aeternam;
Multas enim proprietates habet sermo ad gratiam, sicut enim
quidam mittit in ossium fragmentum panis. Aut qualem cum
que cibum primum molit eum dentibus; & ita dimittit in
stomachum: sic & cum audimus omne uerbum necesse est
eum meditari in ore sensus. & quasi quibusdam dentibus;
Id est tractatibus molere & uidere, quid est quod dicit:
aut unde dicit: aut propter quam rem dicit;
Nam quem admodum qualem cumque cibum nisi mastica
uerimus dentibus; non sentimus saporem eius: ita & uerbum
quod audimus. nisi mastica uerimus eum tractantes in
nobis non possumus intellegere uisum uerbi illius,
Nam & manna quae dabatur in heremo. figuram habens
uerbi. Ideo dicebatur manna, quod interpretatur hebra
ice quid est hoc. Ut quocumque audiuimus uerbum
ad moneat nos ipsum nomen requirere,
Quid est hoc quod audiuimus. & sicut cibum cum mastica ue
rimus dimittimus in stomachum. Itaque uerbum postquam
bene tractauerimus commendamus eum memori quae
si stomacho. Nam quem admodum non prodest cibus:
nisi cum fuerit masticatus & in stomachum discenderit.
sic non proficit ad salutem uerbum nisi cum fuerit intellectum.
& memoriae traditum, Nam sicut cibus; nihil prodest si
manducamus & iterum uolumus eum de stomacho.
Si nihil in nobis prodest uerbum quod audimus & obliuiscimur

Illud, Cribus quibus stomacho stat ille confostat;
 & sermo qui in memoria manet: ille saluat,
 Unde & apud iudeos. Illa animalia sunt munda. quae reuo-
 cant & ruminant; Omne ergo animal illud est mun-
 dum quod masticat & tradit utero. & iterum reuocat
 & ruminat; & homo ille est sanctus qui audiens uerbum trac-
 tat. & cum intellexerit memoriae quasi utero tradit;
 & iterum de memoria: quasi de utero reuocat & ruminat.
 Id est retinet. Ille autem homo immundus est antequam.
 qui non recordatur aliquando nec re tractat quod au-
 dit; Qui ergo manducat de spiritali conuiuio impletur spiritu.
 dilatur sensibus: nutritur in ueritate: pinguescit in fide,
 & sic ingrediens ad interiora uoluntatis dei. & manens sine eis
 acquirit sibi uitam aeternam,

Qui autem ab hoc conuiuio uerbi longefactus euacuatur spiritu.
 angustatur sensibus: deficit a ueritate: distillat a fide:
 & sic ingrediens ab omnibus uoluntatibus dei nouissime
 cadet in hostem. Quando sunt in uita in tempore abrahae.
 quando dixit ad eum deus, Exi de terra tua & cognatione
 tua & ueni in terram quam tibi inuestrobo: & omnem ter-
 ram quamcumque tetigeris pedibus tuis tibi dabo illam.
 & seminitus in aeternum, Quam terram,

quid in uita

Temem orientalem. fluentem lac & melle, quod uerum
 non est de terra illa iudea, Quia illa terra numquam
 lac fluxit & mel. sed terra rationalis quam christus suscepit,
 De illius in carnatione lac & mel processerunt,
 Lac enim opus est miraculorum, quoniam & sine labore de caelo

& cum sua uitate comeditur per quod rudes fidei quasi
pueri sustentantur; Mel autem eloquia doctrinae
dicuntur. sicut ait propheta, Quam dulcia faucibus
meis eloquia tua super mel & fauum orimeo;

Ergo xpi incarnatio promittebatur quia lactem ruce
colorum. & mel^{le} doctrinae nutriturus fuerit gentes
rudes infide, Uide ergo quomodo ex eo iam ostendebatur.

Quia non aliter iudaei poterant xpo credere nisi relinque-
rent iudaismum; Quod est exi decognitione & uia & cor-
pus circumcisionis. quod est exi de terra tua, ergo ex eo iam
iudaismum relinquendus ostendebatur. Non solum
autem iudaei. sed nullus homo potest Lac & mel man-
manducare xpi. nisi cognationem suam & terram re-
linqueret sicut scriptum est, Nisi qui reliquerit patrem
& matrem & carnem, Item qui uult meus esse discipulus
abneget semetipsum, Relinquit ergo cognationem suam
non qui contempnit eam; sed qui amplius diligit dnm quam
parentes, Relinquit terram suam qui carnis suae non
sequitur uoluptatem, qui autem concupiscentias carnis ex-
ercet & tentum corporis sui exercet. sicut eam,

Qui uero & sic manducat legit mirabiliter aut eloquia xpi,

¶ Quando coepit hoc conuiuium praeparare ex tempore moysi;

Quando lex dñi data est in reprehensibilis conuertens ani-
mas; Quando testimonium dñi fideles sapientiam prestans
paruulis; Quando iustitia dñi recte laetificantes corda;

Quando praecepta dñi uerba iustificata in semetipsa;

Quando ex decem speciebus confectus est cibus decalogi saluta-
ris;

Sicut enim regale prandium multis ciborum speciebus
 ornatur. Ita & hoc conuiuium scripturarum diuersis
 iustitiarum speciebus est decoratum; Ex eo & iam tempo
 re inuitatores exierunt prophetae. qui homines ad nup
 tias futuris sponsi uocarent. Idest ad fidem xpi prophetae
 res eis de ipso, At illi noluerunt uenire,
 Item misit alios seruos dicens; Dicit inuitatis. ecce pran
 dium meum parauit. tauri mei & saginata occisa & omnia
 iam parata uenite ad nuptias, qui sunt alii serui. apostoli;
 Quis illos quid dixit misit, In uias gentium ne abieritis.
 & in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. sed poti
 us ite ad uos perditas domus israhel,
 Euntis autem dicit; Adpropinquauit regnum caelo
 rum, hoc est quod dicit; Prandium meum parateui.
 Idest ex omni lege & ex omnibus prophetis scripturarum
 mensam ordinauit, Quisunt tauri & saginata occisa.
 Prophetae qui occisunt pro salute populi sui occiduntur.
 quando occiduntur. Docet nos apostolus dicens;
 Ego autem impendar & superimpendar. & ipse impendar
 pro animabus uris, Item alibi; Ego enim iam libor ho
 minis libatio. alicui pro aliquo offertur,
 Do ergo immolandus fuerat paulus pro populo quem
 docebat; sic & prophetae occisunt. unusquisque pro
 salute populi quem docebat, & quoniam mors prophetarum
 sustentabat quidem ex parte salutem humanam;
 Non tamen plene saluare poterat totum mundum,
 Ideo nouissime immolatus est agnus. qui totius mundi rea
 tum

quis illo misit

innocentia sua de tergeret. Propterea & in diebus sceno-
phetae quae interpretatur fixio tabernaculi diuersae
hostiae occidebantur & agnus, Si ergo & agnum oc-
cisum intellegimus figuram xpi; Consequenter & ce-
teras hostias intellegimus praecedentium sanctorum oc-
cisiones, Sed & xps de figuris sanctorum suorum immola-
tione dicebat, Holocausta medullata offerent tibi
cum incenso & aris & hircis. offerent tibi boues cum hircis;
Nec enim xps aliquando huiusmodi animalia obtulit,
Obtulit autem rationabiles arietes. Idest principes o-
uiam xpianorum; Obtulit boues. rationabilem ter-
renam colentes; Obtulit & iam hircos ex gentibus. qui pro
nomine xpi sunt passi, Haec autem diximus. ut ostenda-
mus tauros & saginata occisa intellegi sanctos occisos;
Omnes ergo prophetae & xps ideo occisunt. ut hoc spiritale
tabernaculum firmiter figeretur;
Denique sicut uiscere agni. eloquia xpi. idem homines
